PROCLI
CHRESTOMATHIA
POETICA,

Interprete & Scholiaſte ANDREA SCHOTTO Antuerp.

Acceſſere & NOTÆ PET. IOAN. NVNNESII Valentini:

ITEM

FRAGMENTVM SCRIPTORIS INCERTI, anteà Cenſorino tributum, & cum eius De die natali libro continenter impreſſum,

Nunc correctius & aliquot capitibus ex veteri libro additis auctius editum

A

LVDOVICO CARRIONE Brugenſi:

Cum NOTIS *eiuſdem Nunneſii.*



ANTVERPIÆ,
Væneunt apud GASPARVM BELLERVM.

M. DC. XV.

Superiorum permiſſu & Priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANDREAS SCHOTTVS
LECTORI S.

VERTERAM adoleſcens PROCLI CHRESTOMATHIAM Tarracone, nactus vnicum, idque recens exemplar è Bibliotheca V. Cl. Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, viri omni genere laudis præſtantiſsimi. NOTAS, quas in Poeticæ facultatis gratiam φιλέλλησιν imputaram, ideo tollere, in lucemque proferre placuit; eodem & Pet. Ioan. Nunneſium, doctiſsimum hominem exemplo & amore inuitando, quod & obſcura occurrerent non pauca, quodque PROCLI veſtigia ſubodoratus ad PHOTII CP. BIBLIOTHECAM indagandam in-

Digitized by Google

Digitized by Google

ANDREAS SCHOTTVS LECTORI S.

VERTERAM adoleſcens PROCLI CHRESTOMATHIAM Tarracone, nactus vnicum, idque recens exemplar è Bibliotheca V. Cl. Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, viri omni genere laudis præſtantiſsimi. NOTAS, quas in Poeticæ facultatis gratiam φιλέλλησιν imputaram, ideo tollere, in lucemque proferre placuit; eodem & Pet. Ioan. Nunneſium, doctiſsimum hominem exemplo & amore inuitando, quod & obſcura occurrerent non pauca, quodque PROCLI veſtigia ſubodoratus ad PHOTII CP. BIBLIOTHECAM indagandam in-

Digitized by Google

PROCLI CHRESTOMATHIA,

SEV,

LAVDABILIA DE RE POETICA.

Interprete ANDREA SCHOTTO Antuerpienſi.

Ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς Πρώκλου χρηστομαθείας γραμματικῆς ἐκλογαί.

Lecta ſunt laudabilia, quæ Proclus è Grammaticis excerpſerat.

LIBER hic in quatuor diuiditur: ac primo quidem has eſſe orationis & poematis virtutes: differre verò in eo, quod plus, minuſve eſt. Et plaſmatis, hoc quidem tenue, illud verò plenum atque grande, tertium verò medium. Ac plenum quidē maximè ad ſummam admirationem cōcitandam aptum, mirificeq; inſtructum, & Poeticam venuſtatem oſtendens. Tenue verò tropis ornatam quandam, & familiarē compoſitionem ſequitur. Verùm ex attenuatis magis coagmentatum eſt: vnde luctuoſis plurimum rebus ac triſtibus optimè accommodatur. Medium, vel nomen ipſum ſignificarit, inter vtrumque eſſe interiectum. Florida verò per ſe non eſt dicendi figura, ſed antedictis miſta cum eis ſimul effertur. Conuenit autem locorum, pratorum, lucorumque deſcriptionibus: Qui vero à memoratis dicendi figuris aberrarunt, à grandi ad duram elatamque, à tenui ad humilem, à media ad otioſam & ſolutam deflexerunt.

Præcipit autem & de Poematis diiudicatione; vbi ἤθους & πάθους tradit differentiam, poeticeſque aliud narratiuum eſſe, aliud imitatiuum. Narratiuum porro diuidit in Epos, Elegiam, Iambum & Melos. Imitati-

Ὅτι περὶ βιβλίον διαιρεῖται εἰς δ΄. καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λέγει, ὡς ∴ αὐ δὲ εἰσὶν ἀρεταὶ λόγου ἐποιήματος παραλλάσσουσι δὲ ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον. καὶ ὅτι τοῦ πλάσματος, τὸ μὲν ἐστὶν ἰσχνὸν· τὸ δὲ ἁδρὸν· τὸ δὲ μέσον. καὶ τὸ μὲν ἁδρόν, ἐκπληκτικώτατόν ἐστι καὶ κατεσκευασμένον μάλιστα, καὶ ποιητικὸν " ἐμφαῖνον κάλλος. τὸ δὲ ἰσχνόν, τὴν τροπικὴν μὲν καὶ φιλοκατάσκευον σύνθεσιν μεταδιώκει. ἐξ ἀνειμένων δὲ μᾶλλον " συνήρτηται· ὅθεν ὡς ἐπίπαν [τοῖς] γοεροῖς ἀριστέπως ∴ ἐφαρμόζει. τὸ δὲ μέσον, καὶ τοὔνομα μὲν δηλοῖ, ὅτι μέσον ἐστὶν ἀμφοῖν. ἀνθηρὸν δὲ κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι πλάσμα, ἀλλὰ συνεκφέρεται καὶ συμμέμικται τοῖς εἰρημένοις· ἁρμόζει δὲ τοπογραφίαις, καὶ λειμώνων ἢ καὶ ἀλσῶν ἐκφράσεσιν. οἱ δὲ τῶν εἰρημένων ἀποσφαλέντες * εἰδῶν· ἀπὸ μὲν τοῦ ἁδροῦ εἰς τὸ σκληρὸν καὶ ἐπηρμένον ἐτράπησαν. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσχνοῦ, εἰς τὸ ταπεινόν. ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου, εἰς τὸ ἀργὸν καὶ ἐκλελυμένον. διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ κρίσεως ποιήματος ἐν ᾧ παραδιδόασιν ἤθους καὶ πάθους διαφοράν. Καὶ ὅτι τῆς ποιητικῆς, τὸ μὲν ἐστὶ διηγηματικόν, τὸ δὲ μιμητικόν. καὶ τὸ μὲν διηγηματικὸν ἐκφέρεται δι' ἔπους, ἰάμβου τε καὶ †ἐλεγείας, καὶ μέλους. τὸ δὲ μιμητι-

∴ αἱ αὐταί.
" ἐπιφαίνον.
" συνήρτηται.
∴ ἐφαρμόττει.
* εἰδῶν.
† ἐλεγείου μέλους.

κὸν, διὰ τραγῳδίας, σατυρικὰ, καὶ κωμῳ-
δίας.

† ἔπος. Καὶ ὅτι τὸ † μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φη-
μονόη ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις ἑξαμέτροις χρη-
** ἐπεὶ δὲ. σμοῖς χρησαμένη. καὶ ** ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς
τὰ πράγματα εἵπετο, καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὰ
ἐκ τῶν μέτρων κληθῆναι. οἱ δὲ φασὶν ὅτι διὰ
τὴν κατασκευὴν καὶ τὴν ἄγαν ὑπεροχὴν, τὴν
ἐν τοῖς ἑξαμέτροις θεωρουμένην, τὸ κοινὸν ὄνομα
παντὸς τοῦ λόγου, τὸ ἑξάμετρον ἰδιώτατον, καὶ ἐ-
κλήθη ἔπος. καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος ποιητὴν, καὶ
ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα οἰκειώσατο· ἐπεὶ καὶ τὰ
τρίμετρα ἔπη προσηγόρευον. γεγόνασι δὲ τοῦ ἔ-
∴ κράτιστοι. πους ποιηταὶ, ∴ κράτιστος μὲν Ὅμηρος· Ἡσίοδος
Πίσανδρος· Πανύασις· Ἀντίμαχος. διέρχεται δὲ
τούτων ὡς οἷόν τέ ἐστι γένος τε [καὶ πατρίδας] καὶ
** ἡμιμέρους. τινας ** ἐπιμέτρους πράξεις.

* ὡς Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπι-
κοῦ κύκλου· * ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς οὐρανοῦ καὶ
γῆς μυθολογουμένης μίξεως. ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς
παῖδας γινώσκουσιν ἑκατοντάχειρας· καὶ τρεῖς ἑ-
τέρους ἀπογεννῶσι Κύκλωπας. διεξέρχεται δὲ πε-
ρὶ θεῶν. τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα,
καὶ εἴπου τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. καὶ
∴ ἐπικὸς κύκλος περατοῦται ὁ ∴ ἐπικὸς λόγος συμπληρούμενος
ἐκ διαφόρων ποιητῶν, μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀπο-
∴ Τηλεγόνου ἀγνοοῦντος κτανόντος βάσεως Ὀδυσσέως· ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ∴ Τη-
λέγονος ἀγνοούμενος ὡς πατὴρ εἴη, κτείνεται. λέ-
γει δὲ ὡς ἐκ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα δια-
σώζεται· καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ
τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πρα-
γμάτων λέγει καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πατρίδας
τῶν πραγματευσαμένων τὸν ἐπικὸν κύκλον. λέ-
γει δὲ καὶ περὶ τινων Κυπρίων ποιημάτων. Καὶ ὡς
οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον· οἱ
** Ἡγησίαν ex Athen. lib. xv. δὲ ** Ἡγησίαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν·
οἱ δὲ Ὅμηρον. δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασί-
νῳ· καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα ∴ Κύπρια τὸ πόνον ἐ-
∴ Κύπρια πικληθῆναι. ἀλλ' οὐ πίθεται [ὁ συγγραφεὺς] τῇ αἰ-
τίᾳ ταύτῃ. μήδε γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐ-
πιγράφεσθαι τὰ ποιήματα.

uum vero in Tragœdiam, *Satyros*, & Comœdiam.

Melos primo reperit Phemonoe Apollinis Sacerdos, Hexametris oracula reddere ſolita. Et quoniam oracula res ipſæ ſequobantur, cõſonæque erant, hinc, quod Hexametris conſtat, id omne *Epos* dictum. Alii vero propter accurationem, & valde inſignem excellentiam, quæ in Hexametris elucet, putant commune nomen totius ſermonis Hexametrum ſibi vindicaſſe, vocatumque Epos: quemadmodum & Homerus *Poeta* nomen ſibi, & Demoſthenes Oratoris vſurpauit quando & Trimetra ἔπη vocarunt. Inter Epicos vero poetas excellit *Homerus*, *Heſiodus*, *Piſander*, *Panyaſis*, *& Antimachus*. Recenſet horum, quantum fieri poteſt, genus, patriam, & quædam opera, quæ carminibus compoſuerunt.

Differit vero & de *Epico*, quem vocant *Cyclo*, qui ex Cœli & Terræ, quam Poetæ fabulantur, commiſtione originem duxit: Deinceps ex ipſa Terra tres filios centimanos agnoſcunt genitos, totidemque alios producunt Cyclopas. Diſputat de Diis breuiter, aliiſque rebus, quæ Græcorum fabulis proditæ: & quidquid etiam ad hiſtoriæ veritatem pertinet. Terminatur Epicus Cyclus, ex variis Poeris perfectus, ad exſcenſionem vſque Vlyſſis in Ithacam, in qua & à filio Telegono, ignaro quod pater eſſet, interficitur. Epici vero Cycli poemata hodieque ſeruari ait, ſtudioſeque à multis frequentari; non tam virtutis cauſa quàm propter aptum ordinem & cohærentem earum rerum, quæ in ipſis continentur. Memorat etiam nomina & patriam eorum, qui Epicum Cyclum fecerunt. Quin etiam de Cypriis poematis narrat. Et hos quidem ad *Staſinum Cyprium* hæc referre: illos vero ad *Hegeſiam Salaminium*: quoſdam etiam *Homero* tribuere, dàta vero pro filia Staſino, à cuius patria *Cypria* hoc opus appellatum: ſed huic rationi auctor non aſſentitur: neque enim Κύπρια accentu [vt loquitur] in antepenultima inſcribi hæc Poemata.

Elegiam

Elegiam vero Heroico & Pentametro verſu conſtare, aptari verò iis qui obierint, vnde & nomen accepit. Luctum enim ἔλεγον veteres appellarunt, eoſque qui vita functi eſſent, his celebrarunt, Poſteriores verò Elegiis ad res varias abuſi ſunt. Hoc metro excelluiſſe refert *Callinum Epheſium, & Mimnermum Colophonium, ſed &* Phile*tam Coum* Telephi F. & *Callimachum* Batti F. Cyrenæum.

Iambum ſimiliter ad conuiciandum olim ait comparatum. Ἰαμβίζειν enim linguæ quadam proprietate *contumeliam dicere* ſignificabat: alii ex *Iambe* ancilla, genere Threſſa, deriuant. Hanc ferunt Cerere ob raptam filiam triſtitia affecta, Eleuſinem veniſſe, & lapidi qui hodieq; ἀγέλαστος, quaſi *riſus expers, & triſtis* vocatur, inſidentem, ludicris quibuſdam dicteriis riſum Deæ concitaſſe. Apparet autem Iambum olim tam in vituperationem, quàm laudationem ex æquo cõſcribi ſolitum, quando in conuitiis, contumeliiſq; quidam metro inſolentius vſi ſunt, inde Ἰαμβίζειν ad cõuicia conſuetudine quadam recidiſſe, quemadmodum à *Comicis Comœdiari* dictum. Iambicorum Poetarum *Archilochus Parius* facile Princeps, & *Simonides Amorginus*: vel vt quidam volunt, Samius, & *Hipponax Epheſius*: Quorum primus quidem tempore Gygis, alter verò Ananiæ Macedonis: Hipponax verò Darii temporibus floruerunt.

Melici autem carminis varia genera faciunt, in multaſque partes diuidunt. Quædam enim ad Deos pertinent, alia ad homines, alia denique ad fortuitas calamitates,

Ad Deos quidem referuntur, *Hymnus, Proſodion, Paean, Dithyrambus, Nomos, Adonidia, Iobacchus, Hyporchemata*. Ad mortales verò pertinent *Encomia, Epinicii, Scolia, Amatoria, Epithalamia, Hymenæi, Silli, Lamentationes, & Epicedia*. Ad Deos ſimul & homines, *Parthenia, Daphnephorica, Oſchophorica & Precatoria*. Hæc enim in Deorum laudem ita compoſita, vt & hominum prædicationes complexa ſint. Fortuitæ vero calamitates Melici carminis ſpe-

Τὴν δὲ ἐλεγείαν, συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἡρώου καὶ πενταμέτρου στίχου, ἁρμόζειν δὲ τοῖς κατοιχομένοις ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχεν· τὸ γὰρ ‥ θρῆνος Ἔλεγον ἐκάλουν οἱ παλαιοί· καὶ τοὺς τετελευτηκότας δι' αὐτοῦ εὐλόγουν. οἱ μέντοι μεταγενέστεροι ʻʻ τοῖς Ἐλεγείοις πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο. λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ Καλλῖνον τε τὸν Ἐφέσιον· καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν Τηλέφου ∴ Φιλήτα τὸν Κῶ καὶ Καλλίμαχον τὸν † Βάττου Κυρηναῖον δὴ οὕτως ἦν.

‥ θρῆνον. ἔλεγος
ʻʻ τῇ Ἐλεγείᾳ
∴ φιλητᾶ, al. φιλητᾶ τὸν Κῷον
† Βάττου

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἴαμβον ταχθῆναι μὲν ἐπὶ λοιδορίας, τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἰαμβίζειν κατά τινα γλῶσσαν, λοιδορεῖν ἔλεγον· οἱ δὲ ἀπὸ ∴ Ἰάμβης θεραπαινίδος Θρᾴττης τὸ γένος. ταύτην φασὶ τῆς Δήμητρος αἰωρουμένης ἐπὶ τῇ θυγατρὸς ἁρπαγῇ ∵ προσελθεῖν· ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα ἐπὶ τῇ νῦν ἀγελάστῳ καλουμένῃ πέτρᾳ καθημένην καὶ διά τινων χλευασμάτων εἰς γέλωτα προαγαγέσθαι τὴν θεόν. ἔοικε δὲ ὁ Ἴαμβος τὸ μὲν παλαιὸν ἐπὶ τῶν εἰς ψόγον καὶ ἔπαινον γραφομένων ὁμοίως λέγεσθαι· ἐπειδή τινες ἐπλεόνασαν ἐν τῇ κακολογίαις τὸ μέτρον ἐκεῖθεν τὸ ἰαμβίζειν εἰς τὸ ὑβρίζειν ὑπὸ τῆς συνηθείας ἐκπεσεῖν· ὥσπερ ἀπὸ τῶν Κωμικῶν, τὸ κωμῳδεῖσθαι. Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ Ἀρχίλοχός τε ὁ Πάριος ἄριστος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος, ἢ ὥς ἔνιοι, Σάμιος καὶ Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος. ὧν ὁ μὲν πρῶτος, ἐπὶ Γύγου ὁ δὲ ἐπ' Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος ὁ δὲ Ἱππώναξ, κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν.

∴ Ἰαμβῆς
∵ περὶ τῆς

Περὶ δὲ Μελικῆς ποιήσεως φασίν, ὡς πολυμερεστάτη τε, καὶ διαφόρους ἔχει τομάς· ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς μεμέρισται θεοῖς· ἃ δὲ ἀνθρώποις. ἃ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις.

Καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον· προσῴδιον· παιᾶνα· διθύραμβον· νόμον· ἀδωνίδια· ἰόβακχον· ὑπορχήματα. εἰς δὲ ἀνθρώπους, ἐγκώμια· *ἐπινίκιοι· σκολιὰ· ἐρωτικὰ· ἐπιθαλάμια· ὑμεναίους· ʻʻ σίλλους· θρήνους· ἐπικήδεια. εἰς θεοὺς δὲ καὶ ἀνθρώπους, παρθένια· δαφνηφορικὰ· ὀσχοφορικὰ· εὐκτικά. ταῦτα γὰρ εἰς θεοὺς γραφόμενα· καὶ ἀνθρώπων περιείληφεν ἐπαίνους. τὰ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας

* Ἐπινίκοι
ʻʻ Σίλλου

Digitized by Google

προαιρέσεις, οὐκ ἔστι μὲν εἴδη τῆς μελικῆς· ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ποιητῶν ἐπικεχείρηται. τούτων δέ ἐστι πραγματικά· ἐμπορικά· ἀποστολικά· γνωμολογικά· γεωργικά· ἐπισταλτικά.

Καὶ φασὶ τὸν ὕμνον ὠνομάσθαι, ἀπὸ τοῦ ὑπόμνησίν τινα εἶναι, καὶ οἱονεὶ εἰς μνήμην τινὰ καὶ ὑπόμνησιν ἄγειν τὰς πράξεις τῶν * ὑμνουμένων· ἢ ἀπὸ τοῦ ὕδειν αὐτάς, ὅπερ ἐστὶ λέγειν. ἐκάλουν δὲ καθόλου πάντα τὰ εἰς τοὺς ὑπηρέτας γραφόμενα ὕμνους· διὸ καὶ τὸ προσῴδιον καὶ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα φαίνονται ἀντιδιαστέλλοντες τῷ ὕμνῳ, ὡς εἴδη πρὸς γένος· καὶ γάρ ἐστιν ἀκούειν αὐτῶν γραφόντων ὕμνους προσῳδίους· καὶ ὕμνους ** ἐγκωμίους· καὶ ὕμνους παιᾶνας· καὶ τὰ ὅμοια.

* ὑμνολογουμένων

** ἐγκωμίων

Ἐλέγετο δὲ τὸ προσῴδιον, ἐπειδὰν προσίασι τοῖς βωμοῖς ἢ ναοῖς, καὶ ἐν τῷ προσιέναι, ᾔδετο πρὸς αὐλόν. ὁ δὲ κυρίως ὕμνος πρὸς κιθάραν ᾔδετο ἑστώτων.

Ὁ δὲ Παιάν ἐστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς. τὸ δὲ παλαιὸν, ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τῇ Ἀρτέμιδι, ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν, καὶ ∴ νόσων ᾀδόμενος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ προσῴδιά τινες παιᾶνας λέγουσιν.

∴ νόσων

Ὁ δὲ διθύραμβος γράφεται μὲν εἰς Διόνυσον. προσαγορεύεται δὲ ἐξ αὐτοῦ· ἤτοι διὰ τὸ κατὰ τὴν Νύσαν ἐπ' ἄντρῳ διθυράμβῳ τραφῆναι τὸν Διόνυσον· ἢ διὰ τὸ, λυθέντων τῶν ῥαμμάτων τοῦ Διὸς εὑρεθῆναι αὐτόν· ἢ διότι δὶς δοκεῖ γενέσθαι, ἅπαξ ἐκ τῆς Σεμέλης, καὶ δεύτερον ἐκ τοῦ μηροῦ. εὑρεθῆναι δὲ καὶ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει. τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς, Ἀριστοτέλης Ἀρίονα λέγει· ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν.

Ὁ μέντοι Νόμος γράφεται μὲν εἰς Ἀπόλλωνα· ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ· Νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη· ὅτι τῶν ἀρχαίων χοροὺς ἱστάντων, καὶ πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾀδόντων τὸν Νόμον. Χρυσόθεμις ὁ Κρὴς πρῶτος στολῇ χρησάμενος ἐκπρεπεῖ καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν εἰς μίμη-

ciem minimè conſtituunt, quam tamen Poetæ tentauerunt: puta Pragmatica, Emporica, Apoſtolica, Gnomologica, Georgica, & Epiſtaltica.

Hymnum ſic dictum aiunt, quaſi ὑπόμνησις, id eſt, commemoratio quædam ſit, & quaſi in memoriam reuocet res geſtas eorum, qui hymnis celebrantur: vel ἀπὸ τοῦ ὕδειν αὐτάς, quod valet, *prædicare ipſas*. Vocabant autem in vniuerſum omnia, quæ in gratiam ſacrorum miniſtrorum ſcripta erant, *Hymnos*: propterea *Proſodion*, aliaque ſupra enumerata Hymno diſtinctè ſubiici videantur, vt ſpecies generi. Quare audire licet qui ſcribant, *Hymnos Proſodios*, *Hymnos Encomios*, *Hymnos Pæanos*, & de ceteris eadem ratione.

Proſodion dicebatur, cum ad aras, aut templa accederent, & in acceſſu ad tibiam canebatur. At qui propriè *Hymnus* vocabatur, ab adſtantibus ad citharam concinebatur.

Pæan autem carminis genus, nunc ad omnes Deos refertur: olim verò attributum Apollini & Dianæ, vt peſtis, morbique depellerentur, cantari ſolitum: vocis tamen abuſione etiam *Proſodia* à quibuſdam *Pæanum* nomine appellantur.

Dithyrambus verò in Bacchum conſcriptus, à quo nomen accepit, vel quod apud Niſan in antro Dithyrambo, hoc eſt, bifori, ſit educatus, vel quod λυθέντων τῶν ῥαμμάτων, hoc eſt, *apertus ſuturis Iouis*, repertus ſit: vel quod bis genitus videatur, ſemel, ex Semele iterumq; ex femore. Repertum verò fuiſſe Corinthi Dithyrambum *Pindarus* refert. Primum verò qui hoc carmine cecinerit Ariſtoteles *Arionem* fuiſſe prodit, qui primus *Cyclium chorum* duxit.

Nomos quidem in Apollinem conſcriptus, à quo appellationem ſumpſit. Nomimus enim Apollo, qui ita appellatus eſt quòd veteribus choros conſtituentibus, & ad tibiam vel lyram Nomon canentibus Chryſothemis Cretenſis primus ſtola vſus inſigni, & accepta cithara, Apollinem imitatus,

tatus ſolus cecinerit Nomon, qui cũ eo genere vehementer probatus eſſet, permanſit hic modus certaminis. *Terpandrum* verò Nomon abſoluiſſe apparet, cum Heroicum carmen adhibuit: poſt *Arion Methymnæus* non parum auxit, Poeta ipſe, & citharœdus. *Phrynis* verò Mitylenæus nouam rationem commentus eſt. Hexametrum namque cum ſoluto carmine coniunxit, pluribus etiam, quàm ſeptem chordis vſus: poſtea *Timotheus* eum, qui nunc eſt, ordinem induxit. Eſt autem *Dithyrambus* incitatus & multum furoris cum ſaltatione oſtendens, ad vehementioreſque affectus comparatus: ad eos præſertim, qui illi numini ſunt congruentes: & concitatus eſt numeris, & dictione vtitur ſimpliciori: *Nomos* contra per affectus, & numeros leniores remittitur, compoſito gradu, & magnifico incedens: verbis præterea duplicibus vtitur. Quin & vtrumque [*genus carminis*] congruenti vtitur harmonia. Illud quidem Phrygiam & Hypophrygiam adhibet: Nomos verò ſyſtemate citharœdorum, Lydio ſcilicet, temperatur. Videtur autem Dithyrambus in ruſticorum luſu & hilaritate inter pocula repertus eſſe. Nomos verò à Pæane fluxiſſe: ſed hic patet latius, ad mala auerruncanda conſcriptus: ille vero propriè in Apollinis laudem: vnde & furibundum nihil habet, vt Dithyrambus. Illic enim temulentiæ & ludicra puerilia ſunt; hic vero ſupplicationes: varius etiam ordo. Ordine namque & ſyſtemate moderato incedit eius concentus.

Adonidia dicuntur, quæ in Adonim referebantur.

Iobacchus canebatur in feſtis & ſacrificiis Bacchi, tinctus multo & inſolenti fremitu.

Hyporchema vocabant carmen cum ſaltatione decantatum: ὑπὸ enim veteres pro μετὰ ſæpe vſurparunt. Huius inuentores fuiſſe referunt, hi quidem *Curetas*, alii vero *Pyrrhum* Achillis filium: vnde ſaltationis genus quoddam *Pyrrhichiam* nominant.

Epinicios cantus poſt victoriam in hono-

σιν τοῦ Ἀπόλλωνος, μόνος ᾖσε Νόμον. εὐδοκιμήσαντος δὲ αὐτοῦ διαμένει ὁ τρόπος τοῦ ἀγωνίσματος. δοκεῖ δὲ Τέρπανδρος μὲν τελειῶσαι τὸν Νόμον, ἡρῴῳ μέτρῳ χρησάμενος· ἔπειτα Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος οὐκ ὀλίγα συναυξῆσαι. αὐτὸς καὶ ποιητὴς καὶ κιθαρῳδὸς γενόμενος. Φρύνης δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἐκαινοτόμησεν αὐτόν. τό, τε γὰρ ἑξάμετρον τῷ λελυμένῳ συνῆψε· καὶ χορδαῖς τῶν ἑπτὰ πλείοσιν ἐχρήσατο. Τιμόθεος δὲ ὕστερον εἰς τὴν νῦν ἤγαγε τάξιν· .·. ἔστι δὲ ὁ μὲν Διθύραμβος, κεκινημένος. καὶ πολὺ τὸ ἐνθουσιῶδες μετὰ χορείας ἐμφαίνων εἰς πάθη κατασκευαζόμενος, τὰ μάλιστα οἰκεῖα "τοῦ θεοῦ· καὶ σεσόβηται μὲν καὶ τοῖς ῥυθμοῖς· καὶ ··ἁπλουστέραις δὲ κέχρηται τῇ λέξεσιν. ὁ δὲ Νόμος τοὐναντίον διὰ τῶν *[θεῶν] ἀνεῖται τεταγμένως καὶ μεγαλοπρεπῶς· καὶ τοῖς ῥυθμοῖς ἀνεῖται καὶ ·διπλασίαις τῇ λέξεσι κέχρηται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁρμονίαις οἰκείαις ἑκάτερος χρῆται· ὁ μὲν τὸν Φρύγιον, καὶ τὸν ὑποφρύγιον ἁρμόζεται· ὁ νόμος δὲ τῷ συστήματι τῷ τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ. ἔοικε δὲ ὁ μὲν Διθύραμβος· ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς ἀγροὺς παιδιᾶς· καὶ τῆς ἐν τοῖς πότοις εὐφροσύνης εὑρεθῆναι. ὁ δὲ Νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ παιᾶνος ῥυῆναι· ὁ μὲν γάρ ἐστι κοινότερος, εἰς κακῶν παραίτησιν γεγραμμένος· ὁ δὲ ἰδίως εἰς ',Ἀπόλλω· ὅθεν τὸ μὲν ἐνθουσιῶδες, οὐκ ἔχει ὡς ὁ Διθύραμβος· ἐκεῖ μὲν γὰρ μέθη καὶ παιδιαί, ἐνταῦθα δὲ ἱκετεῖαι· καὶ πολλὴ τάξις· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ἐν τάξει καὶ συστήματι κατεσταλμένῃ περιέρχεται τὸν χρησμόν.

.·. ἔστιν οὖν

" τῷ θεῷ

·· ἁπλουστέρως

* ἴσως, ἢ θεῶν

· διπλασίοις

', Ἀπόλλωνα

.Ἀδωνίδια δὲ λέγεται τὰ εἰς Ἄδωνιν ἀναφερόμενα·

ᾔδετο δὲ ὁ ·Ἰόβακχος, ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι.

· Ἰόβακχος

Ὑπόρχημα δὲ τὸ μετ᾽ ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο· καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ὑπὸ, ἀντὶ τῆς μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον. εὑρεταὶ δὲ τούτων φασὶν οἱ μὲν Κουρῆτας· οἱ δὲ Πύρρον τὸν Ἀχιλλέως· ὅθεν καὶ πυρρίχην †τι εἶδος ὀρχήσεως λέγουσιν.

† εἶδός τι

Ὁ δὲ Ἐπινίκιος, ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης

Digitized by Google

τοῖς περιτυχοῦσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγέγραφετο

Τὸ δὲ Σκόλιον μέλος ᾔδετο ″ περὶ τοὺς πότους· διὸ καὶ Παροίνιον αὐτὸ ἔσθ' ὅτε καλοῦσιν. ἀνειμένον δὲ ἐστὶ τῇ κατασκευῇ καὶ ἁπλούστατον μάλιστα· Σκολιὸν δὲ εἴρηται, οὐχ ὡς ἐνίοις ″ ἤρεσε κατὰ ἀντίφρασιν, ·:· ὡς ἐπίπαν, τοῦ εὐφημισμοῦ στοχάζεται· οὐκ εἰς κακοφημίαν ·:· μεταλαμβάνει τὸ εὔφημον· ἀλλὰ διὰ τὸ προκατειλημμένων ἤδη τῶν αἰσθητηρίων· καὶ παρειμένων οἴνῳ τῶν ἀκροατῶν τηνικαῦτα εἰσφέρεσθαι τὸ βάρβιτον εἰς τὰ συμπόσια· καὶ διονυσιάζοντα ἕκαστον ἀκροσφαλῶς, ··· συγκόπτεσθαι περὶ τὴν προφορὰν τῆς ᾠδῆς· ὅπερ συνέπασχον αὐτοὶ διὰ τὴν μέθην· τοῦτο τρέψαντες εἰς τὸ μέλος, σκολιὸν ἐκάλεσαν τὸ ἁπλούστατον.

Τὰ δὲ Ἐρωτικὰ δηλονότι γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ παρθένων, ἐρωτικὰς ᾄδει περιστάσεις.

Καὶ τὰ Ἐπιθαλάμια δὲ τοῖς ἐπιθαλαμευομένοις· ἅμα οἱ ἠΐθεοι καὶ αἱ παρθένοι ἐπὶ τῶν θαλάμων ᾖδον.

Ὑμέναιον δὲ ἐν γάμοις ᾄδεσθαί φασι· κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρας· ὅν φασι γήμαντα ἀφανῆ γενέσθαι. οἱ δὲ κατὰ τιμὴν τοῦ Ἀττικοῦ Ὑμεναίου. τοῦτον γάρ φασι διώξαντα ἀφελέσθαι κούρας Ἀττικὰς λῃστῶν. ἐγὼ δὲ οἶμαι βίου ·:· τινὸς εὐτυχοῦς προαναφώνησιν ὑπάρχειν. καὶ συνεύχεσθαι τοῖς :: συνιοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν· μετὰ φιλοστοργίας Αἰολικῇ * παραπλέκοντας τὴν εὐχὴν διαλέκτῳ· οἷον ὑμεναίειν καὶ ὁμονοεῖν τούτους ἀεὶ ὁμόσε ʿ, μένοντας.

Ὁ δὲ ·:· Σίλλος πεφασμένος λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει.

Διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικηδείου ὁ θρῆνος· ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος ἐπὶ τοῦ σώματος κειμένου λέγεται· ὁ δὲ θρῆνος, οὐ περιγράφεται χρόνῳ.

Τὰ δὲ λεγόμενα παρθένια, χοροῖς παρθένων ἐπεγράφετο· οἷς καὶ τὰ δαφνηφορι-

″ παρὰ
″ ἔλεξε
·:· τὸ γὰρ κατ' ἀντίφρασιν, ὡς
·:· μεταβάλλει
··· συγκύπτειν
·:· ἑνὰ
:: συνοῦσι
* παραπλέκοντα
ʿ, ναίοντας
·:· σίλλος πεφρασμένος

rem eorum qui victoriam eſſent adepti, conſcribebatur.

Scolion, carmen quaſi *obliquum*, inter pocula accinebatur: vnde Παροίνιον, hoc eſt, *debacchatio vinolenta*, aliquando eſt appellatum: Remiſſum vero compoſitione, & ſimplex maxime. Dictum vero, Σκολιόν, non vt quibuſdam placuit per ἀντίφρασιν, quæ vt plurimum bonum omen propoſitum habet, non contra bonum omen in ſiniſtrum traducit: ſed quod præoccupatis iam ſenſuum inſtrumẽtis, & auditoribus vino languentibus, tunc barbiton in conuiuium inferretur, ſingulique debacchantes, non ſine maximo periculo, ad carmen illud proferendum incuruarentur. Quod igitur ipſis accidebat propter ebrietatem, hoc in carmen traducentes, quod ſimpliciſſimum erat, σκολιόν, id eſt, incuruum & tortuoſum, appellabant.

Ἐρωτικά, ſeu Amatoria, mulierum, puerorum & virginum caſus amatorios decantant.

Epithalamia vero nouis nuptis thalamũ iam ingreſſis, iuuenes ſimul & virgines thoro adſtantes accinebant.

Hymenæum autem in nuptiis decantatum ferunt, propter deſiderium, inueſtigationemque Hymenæi, Terpſichoræ filii, quem ducta vxore euanuiſſe aiunt. Alii vero in honorem Attici Hymenæi, quem latrones perſecutum, raptas virgines Atticas liberaſſe commemorant. Ego vero felicis vitæ acclamationem eſſe puto, præſentibuſque fidam matrimonii ſocietatem cum mutuo amore comprecari, Æolica dialecto votum innectendo, quaſi ὑμεναίειν & ὁμονοεῖν, id eſt, *vnà habitare & eadem ſentire* eos concorditer viuentes optarent.

Sillus parcè conuitia, irriſioneſque hominum continet.

Threnus & *Epicedium* hoc differunt, quod iacente iam cadauere, hoc pro funere recitetur; ille vero nullo certo tempore circumſcribatur.

Parthenia quæ dicuntur, virginum choris adaptabantur, ſub qua etiam *Daphnephorica*,

Digitized by Google

phorica, quaſi ſub genus cadunt. Lauros enim nono quoque anno ad Apollinis ſacra inferentes ſacerdotes, hymnis eum per virgineos choros celebrabant. Cuius hæc cauſa redditur, Æoles quotquot Arnen eaque circum loca habitabant, ex oraculo inde egreſſi, obſidione cingentes Thebas vaſtabant, quas & Pelaſgi obſidebant: cum ſimul vtriſque Apollini ſtatus dies feſtus eſſet inducias pacti ſunt, & lauris amputatis, ab his quidem in Helicone, ab illis vero iuxta Melanem fluuium, Appollini intulerũt. Polematas vero Bœotorum dux, iuuenem quendam ſecundum quietem vidit, ſolidam armaturam ipſi offerentem, votaque fieri præcipientem in Apollinis honorem nono quoque anno à laureatis. Tertio poſt die conſerta manu, hoſtem vicit, ipſeque lauri geſtatione votum ſoluit: hinc mos ille religioſe obſeruatus. Hæc *Daphnephoria* oleagineum lignum lauris coronant, variiſque floribus exornant: cuius in apice ænea ſphæra impoſita: ex hac minores dependent. Medio vero ligno purpureæ coronæ adaptantur, minores quàm quæ ſummo faſtigio impoſitæ. Imam vero ligni partem circumueſtiunt crocotula. Significat autem ipſis ſuprema quidem ſphæra, *Solem*, quo Apollinem deſignant: huic vero ſubiecta, *Lunam* ſignificat. Globuli vero appenſi, ſtellæ & aſtra ſunt. Coronæ annuum curſum ſignificant: trecentas enim & ſexaginta quinque conficiunt. Præeſt autem *Daphnephoriis* puer patrimus & matrimus, cui maximè coniunctus, geſtat coronatum lignum, quod κωπὼ ipſi vocant. Daphnephorus vero ſequitur, tangens laurum: comis quidem demiſſis, & fluxis, aureaque corona redimitus, ſplendidaque veſte, & talari indutus, calceiſque, quos ab Iphicrate Ἰφικρατίδας Græci vocant. Hunc virginum chorus comitatur, ramos ad ſupplicationem, quæ hymnis celebrabatur, prætendens. Mittebant autem lauri geſtationem ad Apollinis Iſmenii, & Galaxii fanum.

Τριποδηφορικὸν carmen, tripode prælato

καί, ὡς εἰς γένος πίπτει· δάφνας γὰρ ἐν Βοιωτίᾳ δι' ἐνναετηρίδος εἰς τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος κομίζοντες οἱ ἱερεῖς, ἐξύμνουν αὐτὸν διὰ χοροῦ παρθένων· καὶ ἡ αἰτία, ʿ, τῶν Εὐώων ὅσοι κατῴκουν Ἄρνην καὶ τὰ ʺ ταύτης χωρία κατὰ χρησμὸν ἀναστάντες ἐκεῖθεν· καὶ προσκαθεζόμενοι Θήβας ἐπόρθουν· * προσκαθεζομένας ὑπὸ Πελασγῶν. ʺκοινῶς ἀμφοῖν ἑορτῆς Ἀπόλλωνος ἐνστάσης, ἀνοχὰς ἔθεντο· καὶ ·· δάφνας τέμνοντες, οἱ μὲν ἐξ Ἑλικῶνος· οἱ δὲ ἐγγὺς τοῦ Μέλανος ποταμοῦ ἐκόμιζον τῷ Ἀπόλλωνι. Πολεμάτας δὲ ὁ τῶν Βοιωτῶν ἀφηγούμενος, ἔδοξεν ὄναρ νεανίαν τινὰ πανοπλίαν αὐτῷ διδόναι· καὶ εὐχὰς ποιεῖσθαι προστάττειν τῷ Ἀπόλλωνι· δαφνηφοροῦντας διὰ ∴ ἐνναετηρίδος· μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ἐπιθέμενος κρατεῖ τῶν πολεμίων· καὶ αὐτὸς τὴν δαφνηφορίαν ἐτέλει. καὶ τὸ ἔθος ἐκεῖθεν διατηρεῖται. ἡ δὲ δαφνηφορία ξύλον ἐλαίας καταστέφουσι δάφναις· ποικίλοις ἄνθεσι. καὶ ἐπ' ἄκρου μὲν χαλκῆ ἐφαρμόζεται σφαῖρα· ἐκ δὲ ταύτης μικροτέρας :: ἐξαρτῶσι. κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου περιθέντες .·. ἐλάσσονας τῆς ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα· τὰ δὲ τελευταῖα τοῦ ξύλου περιστέλλουσι κροκωτῷ· βούλεται δ' αὐτοῖς ἡ μὲν ἀνωτάτω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν· ἡ δ' ὑποκειμένη, τὴν σελήνην. τὰ δὲ προσηρτημένα τῶν σφαιρίων, ἄστρα τε, καὶ ἀστέρας· τὰ δέ γε στέμματα, τὸν ἐνιαύσιον δρόμον· καὶ γὰρ τξε ποιοῦσιν αὐτά. ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας, παῖς ἀμφιθαλής· καὶ ὁ μάλιστα αὐτῷ οἰκεῖος βαστάζει τὸ κατεστεμμένον ξύλον ὃ ʺ κωπὼ καλοῦσιν· αὐτὸς δὲ ὁ δαφνηφόρος ἑπόμενος, τῆς δάφνης ἐφάπτεται· τὰς μὲν κόμας καθειμένας· χρυσοῦν δὲ στέφανον φέρων, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα, ποδήρη ἐστολισμένος· ∴ Ἰφικρατίδας τε ὑποδεδεμένος ᾧ χορὸς παρθένων ἐπακολουθεῖ προτείνουσα κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων· παρέπεμπον δὲ τὴν δαφνηφορίαν εἰς Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου καὶ †Γαλαξίου.

Τὸ δὲ τριποδηφορικὸν μέλος, τρίποδος προηγου-

ʿ, τῶν Αἰολίων
ʺ, ταύτης
* προσκαθεζομένας
ʺ κοινῆς
·· δυοίνας τεμόντες
∴ ἐνναετηρίδος
:: ἐξαρτῶσι
.·. ἐλάττονα ἐπ' ἄκρω σφαίρας
ʺ κόπω
∴ Ἐπικρατίδας
† ἴσ. λοξίου

μένου περὶ τοῖς Βοιωτοῖς ᾔδετο. ἔσχε δὲ καὶ τοῦτο αἰτίαν τοιαύτην. Πελασγῶν τινες Παίακτον τῆς Βοιωτίας ἐπόρθουν· Θηβαῖοι δὲ ἤμυνον· καὶ πέμψαντες εἰς Δωδώνην περὶ τῆς τοῦ πολέμου νίκης ἐχρῶντο· χρησμὸς δὲ τοῖς Θηβαίοις ἐξέπεσεν· ὡς εἰ μέγιστον ἀσέβημα ἀσεβήσουσι, νικήσουσιν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἀσεβημάτων εἶναι μέγιστον, τὴν χρησμῳδήσασαν αὐτοῖς τὸν χρησμὸν ἀνελεῖν· καὶ ἀνεῖλον. αἱ δὲ περὶ τὸ τέμενος συνιέρειαι, δίκην λαβεῖν, ἀπῄτουν τοῦ φόνου τοὺς Θηβαίους· Θηβαῖοι δὲ οὐκ ἐπιτρέπουσι γυναιξὶ μόναις τὴν περὶ αὐτῶν ·· δίκην· κοινῆς δὲ κρίσεως ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν γενομένης· καὶ τῶν ἀνδρῶν λευκὰς αὐτοῖς ἐπενεγκόντων ψήφους, ἀπέφυγον οἱ Θηβαῖοι. ὕστερον ἐπιγνόντες αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ προστασσόμενον· βαστάσαντες τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν ἱερῶν ·.· τρίποδα ἕνα, καὶ κατακαλύψαντες, ὡς ἱερόσυλοι, ἀνέπεμψαν εἰς Δωδώνην· εὐπραγήσαντες δὲ ἐξ ἐκείνου, τοῦ λοιποῦ τὴν πρᾶξιν ἑορτὴν ἐποίουν.

·· δίκην ἀξιοῦν

·.· τριπόδων ἕνα

Ὀσχοφορικὰ δὲ μέλη, παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο· τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι ‟ κλήματα ἀμπέλου κομίζοντες μεστῶν εὐθαλῶν βοτρύων. ἐκάλουν δὲ αὐτὸ ὄσχην. ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία τῆς ἑορτῆς καθηγεῖτο. ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου· ἐπεὶ γὰρ ἑκούσιος ὑποστὰς τὸν εἰς Κρήτην πλοῦν ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸν δασμὸν συμφορᾶς χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ, καὶ Διονύσῳ, οἳ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν ἐπεφάνησαν· ἔπραττε τοῦτο δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημέναις, χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ παραπομπὴ ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἱεροῦ, εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ * Σκιρράδος τέμενος. εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορός· καὶ ᾖδεν τὰ μέλη· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ· καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης· ἣ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ· καὶ οἴνῳ· καὶ μέλιτι· καὶ τυρῷ· καὶ ἀλφίτοις.

‟ κλῆμα μεστὸν

* Κιρράδος

à Bœotis canebatur, inſtitutumque hac de cauſa. Pelaſgi quidam Panactum, Bœotiæ vrbem vaſtabant, Thebani verò defenſabant; miſſiſque in Dodonàm legatis, de belli victoria conſulebant. Oraculum verò Thebanis reſponſum dedit, ſi impiiſſimum crimen admitterēt, fore vt victoria potirentur. Viſum igitur ipſis, impiorum facinorū maximum fore, vatem, quæ reddidiſſet ipſis oraculum, interficerent. Quæ verò ſacerdotes templo præerant, repetebant ſupplicium de cæde à Thebanis. Thebani verò vt ſolæ mulieres ſententiam de ſe ferrent, detrectabant. Communi itaque iudicio facto, virorum ſimul ac mulierum, & viris candidos calculos pro illis ferentibus, effugere Thebani. Cognito tandem id ab Oraculo illis mandatum fuiſſe, tripodem vnum ex iis qui ſacri erant apud Bœotos geſtantes, ac rectè, tanquam ſacrilegi circumferentes, Dodonam remiſerunt. Quæ res cùm feliciter ceſſiſſet, exinde in ſolenne feſtum vertit.

Oſchophorica verò carmina ab Athenienſibus canebantur: chori autem adoleſcentes duo, muliebri veſte induti, palmites vitis geſtantes plenos maturis vuis (quod ipſi ὄσχην vocarunt, vnde & carminibus nomen inditum) feſtum auſpicabantur. Primùm verò Theſea hoc inchoaſſe ferunt. Poſtquam enim ſponte ſua in Cretam nauigationem inſtituiſſet, patriam tributi vexatione liberauit; beneficium gratitudinis ergo reddens Mineruæ & Libero, qui ipſi in Dia inſula apparuerant. Fiebat autem à duobus adoleſcentibus, in vmbra educatis, ſacris vt operarentur, adhibitis miniſtris. Ducebatur autem ab Athenienſibus hæc pompa ex Liberi fano in Palladis Sciriadis templum: inſequebaturque adoleſcentes illos chorus, & canebant id genus carmina. Ex ſingulis verò tribubus puberes inter ſe curſu certabant, quique alios anteuertiſſet, ex quintuplici, quæ dicebatur phiala, & cinno, (qui ex oleo, vino, melle, caſeo, & farina hordeacea temperabatur) bibebat.

Preca-

Digitized by Google

Precatoria carmina ab iis componebantur, qui aliquid Deum rogarent.

Pragmatica verò quæ res geſtas aliorum continent.

Emporica quæ quaſi peregrinationem & negotiationem oſtentarent, à quibuſdam conſcripta ſunt. Et *Apoſtolica*, quæ dum quid mitteretur ad aliquem, fiebant.

Gnomologica notum eſt admonitiones de moribus continere, *Georgica* vero, agri & ſtirpium tempeſtiuitates & curam.

Epiſtaltica, quæ ad obeunda mandata aliquibus compoſita mittebantur. Hactenus quidem ex duobus Procli libris ea excerpſimus, quæ ex Grammaticis Laudabilia ipſe deprompſerat.

Εὐκτικὰ δὲ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοις τι παρὰ θεοῦ γενέσθαι.

Πραγματικὰ δὲ, ἃ τινῶν περιεῖχε πράξεις.

Ἐμπορικὰ δὲ, ὅσα κατὰ τὰς ἀποδημίας καὶ ἐμπορείας ἐπιδεικνύμενά τισιν ἐγράφη. καὶ Ἀποστολικὰ δὲ, ὅσα * διαπεμπόμενα πρὸς τινὰς ἐμποίουν.

Τὰ δὲ Γνωμολογικὰ, δηλονότι παραίνεσιν ἠθῶν ἔχει. καὶ τὰ Γεωργικὰ δὲ, χώρας, καὶ φυτῶν καιροὺς καὶ ἐπιμελείας.

Καὶ τὰ Ἐπισταλτικὰ δὲ, ὅσα κατ' ἐντολὰς πρὸς τινὰς τοιαύτας ∴ ἐξέπεμπον. οἱ μὲν δύο λόγοι τῆς Πρόκλου Γραμματικῆς χρηστομαθείας ἐν τούτοις.

* διαπεμπόμενοι

∴ διέπεμπον

AND. SCHOTTI
IN PROCLI CHRESTOMATHIAM NOTÆ
VBERIORES.

Pag.5.lin.6. Ἀνεγνώσθη]

ἈΝΕΓΝΩΣΘΗ, *lectum eſt*, vel ἀνεγνώσθησαν, *lecta ſunt*. Sic de ſingulis à ſe cum iudicio lectis libris Photius Conſtantinop. ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων loquitur, vt oculato teſti fides habeatur. Nec enim ex aliorum ſermone, vel obiter, & tanquam per tranſennam inſpecto opere, de toto opere iudicium ſibi ferendum exiſtimabat, ſed à capite ad calcem perlecto, liberè iudicat cenſor, & Criticus grauiſſimus, ſummi & ingenii & iudicii de ſcriptoribus ducentis amplius & ſeptuaginta *Philologis*, *Poetis*, *Hiſtoricis*, *Oratoribus*, *Philoſophis*, & *Theologis*: qui maximam partem, temporumne iniuria, an maiorum incuria, perierunt: & quidem de ſtyli charactere, Scriptorum numero, & titulis: quæ γνήσια, quæ ψευδεπίγραφα: quid laude, & imitatione, quid contrà vituperatione dignum in ſingulis deprehendiſſet, ſine fuco, & odio, more maiorum enumerat. Denique qua quiſque tempeſtate floruerit, cæteraq; (longum eſſet enim ire per ſingula) audacter diiudicat. *Bibliothecam* autem inſcripſiſſe putant, exemplo Diodori Siculi; de quo in Præf. Plinius maior, & Agellius in extremo Noctium Attic. Tertullianus in Apologet. & Euſebius de præparat. Euang. Apollodori item Athenienſis exemplo, cuius extat *Deorum Bibliotheca*.

lin.ead. χρηστομαθείας] *Electa* verti; Nam & *Electorum* commentarios 160. reliquit Plinius maior Plinio ſororis F. vt ipſe ait lib. 3. epiſt. 5. & *Laudabilia* potius reddidi, quàm *Epitomen* vel *vtilem doctrinam*: ne erres. χρηστὰ enim & χρήσιμα erant in Scriptoribus loca non oſcitanter legenda, quod vtilia eſſent; quæ & X. figura decuſſatim ſcripta notabantur. Latini *Laudabilia* vocabant, & his ſingulis LL. hoc eſt *Locus laudabilis*, vt Valer. Probus ait, deſignabant. Contra, quæ culpanda, damnandave videbantur, Græci ferali littera, Θ, & vtrique obelo fodiebant, quod ὀβελίζειν erat: vt monuit vir doctiſſimus Pet. Pithœus lib. 2. Aduerſar. Subſeciuorum. c. 3. & in M. Varronem de re ruſtica Pet. Victorius, ſe L. litte-

litteram, vel *τὸ laudabilia* in vett. libri per ſæpe reperiſſe: quæ & Ioſ. Scaliger argutè explanauit, & ad Laertium Iſaac. Caſaubonus, ac denique in Polymathia Ioannes à Wouwere, Belga.

lin. ead. φωτίῳ] Nomen hoc ſemel iterumq; ex nominis affinitate, apud ſæculum prius in Photini hæretici degenerarat, librariorum vitio, cùm Photii reponendum ſit, in Gratiano c. *1*. & 2. *63*. diſtinct.

lin. 8. διαιρεῖται εἰς δ.] Εἰς δύω legendum reor, itaq; ſcripſiſſe Photium arbitror: nam ex duobus tantum Procli libris hoc fragmentum cõcinnatum eſt: & Suidas tres duntaxat libros χρηστομαθίας agnoſcit: & verò in numerorum notis ſingulis facilis errandi anſa librariis obiici ſolet, vt β in δ commutarit, vel primam in δύω litteram oſcitans ſcriba reliquiſſe contentus, properarit. Sexcenta id genus σφάλματα in ipſo Suida, & Laertio, vt reliquos taceam, deprehendas. Non procul abiero: in eo ipſo Suida Μουνυχιὼν, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. reponendũ enim δέκατος. Natum mendum ſuſpicor, ex compendio δεκ. quod in δε migrauit. Munychion enim menſis, quem Martio reſpondere putant, decimus à Iunio; qui primus erat Atticorum menſium, in quem ſolſtitium æſtiuum caderet; vt Theod. Gaza obſeruauit. Sed quoniam in manibus Suidæ liber eſt, non pigebit de Procli ſcriptis reliqua deſcribere, ſed Latinè: *Proclus Lycius Syriani diſcipulus, auditor item & Plutarchi Neſtorii F. Philoſophi, Philoſophus & ipſe Platonicus. Hic Scholæ Athenis præfuit; ipſius diſcipulus, & ſucceſſor fuit Marinus Neapolitanus. Scripſit plurima tam Philoſophica, quàm Grammatica. Commentarium in integrũ Homerum, in opera item & dies Heſiodi. Laudabilium locorum libros γ'. de educatione lib. duos. In Platonem de Repub. lib. 4. In Orphei Theologiam: & de conſenſu Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De Oraculis libros 10. de Diis apud Homerum, aliaq.* Hæc Suidas. Exſtant & in Euclidem, & Ptolomæum comment. vt Mathematicum ſummum agnoſcas: in Peripatetica verò diſciplina, libellus de motu, quo Ariſtotelem à libro *3*. Phyſic. & deinceps in compendium redegit. Platonicæ verò doctrinæ, Platonis Theologica elementa, & Phyſica nuper edita. In Italicis verò Bibliothecis, in Timæum, in primum Alcibiadem, in Cratylum, in Parmenidem dialogos commentarii adhuc latent.

l. *14*. τὸ μὲν ἐστὶν ἰσχνόν] De tribus dicendi formis, humili, mediocri, & ſublimi Cornificius ad Herennium lib. 4. Rhetoricorum, M. Tullius de Oratore, & Agellius lib. 7. noctium Attic. c. XIV. qui cum tribus Athenienſium legatis comparat, Carneade Academico, Critolao Peripatetico, & Diogene Stoico (de quibus legatis idem lib. 17. c. *21*. extremo; & Plinius lib. *7*. c. *30*.) De Græcis verò Hermogenes lib. de Ideis: & περὶ ὕψους. Dionyſius Longinus, valde ab Eunapio Sardiano laudatus, libro ſingulari: omnis denique Rhetorum Schola. *Is enim eloquens eſt*, inquit Cicero, *qui poterit parua ſubmiſsè, modica temperatè, magna grauiter dicere*. Cumque omnis oratio vel ad docendum, vel delectandum, denique ad incitandum ſit comparata, attenuato generi propoſitum docere; me-

Digitized by Google

diocri, delectare, ſublimi verò animos impellere, rapere, & inflammare. Eadem verò in Poeticà tamquam numeris vincta oratione, ratio, quòd illi *αὐτίστροφος* eſſe videatur. Nam,

> *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ,*
> *Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.*

Eſt igitur omnis oratio vel	*Humilis*, Tenuis, ſeu attenuata;	Contrarium & propinquum vitium, Cornificio,	Exile, humi ſerpens, aridum, & exſangue:
	Mediocris, media ſeu æqualis;		Fluctuans & diſſolutum.
	Sublimis, grauis, ſeu grandis.		Turgidum, inflatum, & horridum.

Dionyſius Halicarnaſſeus lib. *σχηματισμῶν*. Harmoniam orationis ſic diuidit, & auctores ſingulis attribuit:

Harmoniæ communis.	Floridæ	Duræ
Homerus Epic.	Heſiodus Epicus	Antimach. Colophonius. } Epici
Steſichor. } Melici	Sappho Melica	Empedocl. Phyſicus } Epici
Alcæus } Melici	Anacreon } Melici	Pindarus Melicus.
Sophocles Trag.	Simonides } Melici	Æſchylus Tragicus.
Herodotus Hiſt.	Euripides Tragicus	Thucydides Hiſtoricus.
Demoſth. Orat.	Ephorus } Hiſtorici	Antiphon Politicus,
Democ. } Phil.	Theopompus } Hiſtorici	
Plato } Phil.	Iſocrates, Orator	
Ariſtot. } Phil.		

Sed hic minuenda opinio eſt minutorum Rhetorum, qui, dum graue, pauciſque cognitum dicendi, & dijudicandi munus ſuſcipiunt, nimium quantum onus ſuſtinent, & in quot ſe errorum laqueos induunt. De quo genere toto rectè diuidendi, quanta inter Platonem & Ariſtotelem concertatio? quanta à Theophraſto, vt illud perficiat contentio adhibetur? vt ante nos diligenter Galenus, Medicorum princeps, admonuit. Sic enim vulgares illi:

- Humilis oratio, vt Philoſophorum, & Comicorum.
- Mediocris, vt Hiſtoricorum.
- Sublimis, vt Tragœdiarum, & inuectiuarum.

At Platonis Philoſophorum prope Dei oratio, ita aſſurgit, vt M.Tullio, & Halicarnaſſeo poema potius, quàm oratio ſoluta videatur. Sic enim Dionyſius Criticorum maximus, eleganti illa epiſt. ad Cn.Pompeium, qui de repreheníſo Platonis ſtylo quæſtus erat cenſet, exemplis ex Phædro allatis, à Dithyrambicis minimè Platonem abhorrere: *ἐν τούτοις γὰρ τῆς λέξεώς τι μέρος ὂν τὸ περὶ τὴν τροπικήν τι καὶ διθυραμβικὴν φράσιν ἐκπίπτον ἐν οἷς οὐ κρατεῖ τοῦ μετρίου* &c. quia & apud Laertium in Platone, Ariſtoteles orationis eius ideam inter poeticam & ſolutam collocat. Phrynichus vero apud Photium noſtrum: *Εἰλικρινοῦς τι καὶ καθαροῦς καὶ Ἀττικοῦ λόγου κάνονας καὶ σταθμοὺς καὶ παράδειγμα φησὶν ἄριστον Πλάτωνά τι καὶ Δημοσθένην.*

De Co-

Digitized by Google

De Comicis autem nemini dubium, quin Terentio, vt refert Agellius, tribuerit τὸ μέσον χαρακτῆρα M. Varro, cui & Iulius Cæſar grauitatem adſcripſerat, vt legimus ἐν προλεγομένοις Donati. In Hiſtoricis verò, de Thucydide ἐπισκεπτέον, legendusque Suidas in χαρακτῆρες. nam τὸ ἀξίωμα in illo elucet, vt obſeruant Critici: quod vnum genus eſt idearum magnitudinis Hermogeni Rhetorum acutiſſimo.

lin. 20. τοῖς γοεροῖς] Non video hoc quî verum ſit, niſi fortaſſe quia luctus curam minuit. Sed γοεραὶ multæ elegiæ, & tamen graues, vt & τὰ παραμυθητικά. Equidem epiſtolas M. Tullii conſolatorias & γοερὰς eſſe agnoſco, nec tamen ἰσχνῷ genere, ſed grandi pleraſque ſcriptas. Cenſeo itaque hoc in loco legendũ potius inuerſis litteris γεωργικοῖς, aut certè γεωργοῖς, quibus vt paſtoriciis & piſcatorum poematis nihil aptius tenui genere: Quapropter Virgil. cum aſſurgendũ illi contra conſuetudinem eius carminis eſſet, præfatus eſt:

Sicelides Muſæ paulo maiora canamus.

lin. 25. τοπογραφίαις καὶ λειμώνων καὶ ἀλσῶν] Floridum etiam inter poematis characteres (ſic enim vocat Plutarch. in vita Homeri) numerat Diomedes lib. IV. Inſtit. Gramm. *Poematis*, inquit, *characteres*, βραχὺς, μέσος, καὶ αὐθηρός. Sed hic auctor magno alioqui ſubſidio futurus, monſtroſe nimis, in Græcis præſertim, deprauatus eſt. Cæterum & hæc Poetarum fuiſſe argumenta, his auctoribus diſcere licet:

Virgil. Eclog. 8.

Si canimus ſiluas, ſiluæ ſint conſule dignæ.

Horat. in arte Poetica ad Piſones.

Inceptis grauibus plerunq; & magna profeſſis
Purpureus latè ſi ſplendeat, vnus & alter
Aſſuitur pannus: cum lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

Perſius Satyra I.

Dicere res grandes noſtro dat Muſa Poetæ:
Ecce modo heroas ſenſus afferre videmus
Nugari ſolitos Græce; nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare, vbi corbes,
Et focus, & porci, fumoſa palilia fœno.

Et Iuuenal. Satyr. I.

Nulli nota magis domus eſt ſua, quàm mihi lucus
Martis, & Æoliis vicinum rupibus antrum
Vulcani - - -

lin. 27. ἀποσφαλέντης] Auctor ad Herennium lib. IV. Rhetoricorum: *Erit & attenuata verborum conſtructio quædam, & item alia in grauitate, alia poſita in medio-*

critate. Eſt autem cauendum ne, dum hæc genera conſectamur, in finitima & propinqua vitia veniamus, &c.

lin. 34. τὸ μὲν ἐςὶ διηγηματικὸν] Eadem fere apud Diomedem lib. 3. Gramm. diuiſio poeticæ. Ariſtoteles verò diſertè, ex differentiis modorum, quibus imitantur Poetæ, elicit hæc tria genera: ἀπαγγελματικὸν, μιμητικὸν, atque tertium illud ex vtroque concretum.

pag. 6. l. 1. διὰ τραγῳδίας σατύρων τε καὶ κωμῳδίας] De Tragœdia atque Comœdia, quà conueniunt, quà diſcrepant inter ſe, & à Satyris, multa apud Ariſtotelem (quamquam magna eius pars intercidit) in Poeticis legas, & nonnulla in prolegomen. Iſacii Tzetzæ in Lycophronis Alexandram, & interprete Terentii. Cæterum de *Satyra*, nemo, quem viderim, legerim, audierim, ſatis accuratè. Errant enim, & vehementer errant, qui nuperam illam Latinorum *Satyram*, quæ in manibus eſt puerorum, ex priſca Comœdia natam, cum veteri Satyra, de qua hic ſermo, & Sicinnis olim etiam vocabatur, temerè confundunt. Diſces de veteri Satyra ex Iulio Polluce, Onomaſtici lib. 4. c. 14. 18 & 19. ex Athenæo lib. 1. c. 16. & lib. 14. c. 12. Dion. Halicarn. lib. 3. extremo ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. Plutarcho in Catone, Arriano de rebus Indicis, Laertio in Platonis, Menedemi item vita, de Achæo. ex Euſtathio in Hom. Odyſſ. σ' Inter Latinos verò, vt & hi ſymbolam conferant, ex Liuio libr. 7. initio, Valer. Maximo libr. 2. c. 4. Vitruuio lib. 5. c. 8. Diomede lib. 3, Gramm. & priſcis Horatii interpretibus in artem Poeticam.

Qui vero Satyram fabulã docuerint, hos ferè Athenæus ſuggeſſit: Achæus Eretrienſis, Anaxandrides, Aſtydamus, Camæleon, Heracleotes Ponticus, Ecphantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Gul. Canterus lib. 6. Nouar. lect. c. 17.) Phrynichus, Sophocles, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, & Alexander Rex. vnum Prutinam nominat Satyricum Iſacius Tzetza in Caſſandram Lycophronis. Ælianus libr. 2. Var. Hiſt. c. 8. de Euripidis Satyris (cuius & Cyclops extare in hoc genere creditur) & Xenoclis; idem & de Satyris, Tityris, & Silenis lib. 3. Variæ hiſtoriæ c. 40. Cum hæc pridem adnotaſſem, comperi poſt Iſaac. Caſaub. præclarè multa de Satyra Græca & Latina obſeruaſſe.

lin. 4. Φιμονόη ἡ Ἀπόλλωνος] Sic erat in veteri cod. Plurima enim, licet exiguum ſit ἀποσπασμάτιον, καὶ ἀρχαϊκὰ ἔχειν deprehendi. Reſtituo tamen Φημονόη per η in prima, etymon & Pauſaniæ fidem ſecutus, qui de hac in Phocicis: μεγίστη καὶ πρὸς πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστίν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. Mox, eiuſdem oraculum hoc conſulentibus datum Senariis longioribus, apponit: Ἀγχοῦ δὴ βαρύ ἰὸν ἐπ' αἰθέρι Φοῖβος ἔφησε Σίντῃ Παρνησσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες χεῖρας ἁγνιστεύουσι, τὸ δὲ κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται. Donatianus verò ſic in re Metrica: *Hexametrum carmen, quod Ennius longum vocat, Græci Deliacon: quia hoc genere Phemonoe, Apollinis vates, vaticinata eſt.* De Ennio verò idem refert M. Tullius 2. de legibus, Heroicos verſus *longos* appellaſſe, & Ouid. Eleg. lib. 3.

Et lon-

Digitized by Google

Et longis verſibus adde breues.

Seruius in Virgil. lib. III. Æneid. verſ. 46. & ex eo Iſidor. lib 8. cap. 8. Etymologi-rum inter Sibyllas hanc numerat, & Horatii interpres vetus in illud artis Poeticæ:

Dicta per carmina ſortes,

quo refero & illud Tibulli lib. 2. eleg. 5.

Te duce, Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,
Addita quæ ſenis fata canit pedibus.

Plinius verò Apollinis non fatidicam tantum vatem, ſed & filiam facit, libr. *10*. c. *3*. & 8. quæ primum Hexametrum carmen commenta ſit: idemq; Pythio oraculo Heroicum carmen acceptum referri debere, libr. *7* natur. Hiſtor. c. *56*. auctor eſt: in cuius codd. malè quoque *Phæmonoe*, cum *æ* diphthongo in prima legitur. Euſeb. in Chronicis, annis quinq; & viginti ante Linum, & Orpheum Acriſio oracula ceciniſſe refert. Huic certè Pythii illud quidam attribuunt, γνῶθι σαυτὸν: quod è cœlo deſcendiſſe Satyricus ait, laudatque M. Tullius 1. de legibus, & Tuſculana 1. Meminit & Strabo Phemonoes lib. 9 Geogr. in Pythii oraculo his verbis: πρώτην Φημονόην φασὶ γενέσθαι πυθίαν, κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω. καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι. Syneſius item, & Tatianus aduerſus gentes. Latinorum quoq; Poetæ, Lucanus lib. v. & Statius Papinius: ſed non pigebit Hier. Vidæ elegantes verſus huc transferre, lib. 1. de Poetica:

Sed nullum è numero carmen præſtantius omni
Quàm quo poſt diuos Heroum facta recenſent;
Verſibus vnde etiam nomen fecere minores,
Munere conceſſum Phœbi venerabile donum,
Phemonoes, quæ prima dedit, ſi vera vetuſtas
Ex adyto haud aliis numeris, reſponſa per orbem.

lin 4. ἑξαμέτροις χρήσμοις] *Hexametris* reddidi, retenta voce Græca, potius quàm *Senariis*, quibus ferè Iambica deſignantur: & Cicero ab illa voce non abhorret. Sic enim 3. de Oratore: *Antipater ille Sidonius ſolitus eſt verſus hexametros, alioſque variis modis numeriſque fundere ex tempore.*

lin. 6. ἔπος κληθῆναι] Ab εἰπεῖν ἔπος, vt & Latini à *dicere dictionem* deriuant. Propria quidem Oratorum *dictio*. Eſt enim bene dicendi facultas, ſed & Iuriſconſultorum eſt, *ius dicere*: Geographorum pro deſcribere. Pomponius Mela ſic orditur: *Orbis ſitum dicere aggredior: impeditum opus, & facundia minimè capax.* Tum & Poetarum eſt. Horat. lib. 1.

Diceris Vario fortis & hoſtium
Victor, Mæonii carminis alite,

ſubiungit materiam poematis, dux, miles, claſſis, equus, victoria:

Quam rem cunq; ferox, nauibus, aut equis
Miles te duce geſſerit.

Digitized by Google

Idem alibi: *Prima dicte mihi, ſumma dicende Camena.*
Homerus: Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα. Et Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι *Dic mihi Muſa virum.*
Et apud Agellium Ennius: *Inſeque Muſa manu Romanorum Induperator* ἀντὶ τοῦ ἔννεπε καὶ εἰπεῖν lib. 18. c. 9. Noctium Atticarum.
Maro: *Cui non dictus Hylas.* - - - *Diductum dicere carmen.*

Dictio ergo quod τὸ ῥητὸν, aut ῥῆσις Græcè: cui accidit, aut, quod Græcè melius dicitur, κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει, eſſe oraculum, vt ſpecies generi συμβαίνει, vt animali hominem eſſe. Horat. *Dicta per carmina ſortes.* Et Poeta vetus in Armorum iudicio, apud auctorem ad Herennium lib. 2. Rhetoric.

> *Aperte fatur dictio, ſi intelligas:*
> *Tali dari arma, qualis qui geſſit, fuit,*
> *Iubet poliri, ſi ſtudeamus Pergamo.*

Lege, ſi vacat, Iulium Cæſarem Scaligerum lib. 1. Poeticæ c 41. & Hadr. Turnebum, Galliæ ornamentum, lib. 30 Aduerſariorum cap. 1.

p. 6. l. 11. ὁ Ὅμηρος ποιητὴν] N mirum κατ᾽ ἐξοχὴν. Seneca epiſt. 58. & Theophilus antecesſor lib. 1. Inſtit. tit. de iure natur. Gentium, & Ciuili: ὥσπερ ποιητὴν εἰπόντες, ἐὰν μὴ προστεθῇ ἐντεῦς, τὸ κύριον ὄνομα, παρ᾽ Ἕλλησι μὲν δηλοῦμεν τὸν Ὅμηρον, παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις τὸν Βιργίλιον. Eadem fere de Epicis Poetis Iſacius in Alexandram Lycophronis.

lin. 15. Πίσανδρος] Sic amplius eſt in ſchedis Friderici Sylburgii. Quinque autem, non quatuor, Heroici carminis principes numerat vterque Tzeizes, Scholiaſtæ diligentiſſimi. Ioannes quidem proleg. Heſiodi; Iſacius verò in Caſſandram Lycophronis; *Homerum*, puta, *Heſiodum*, *Antimachum*, *Colophonium*, *Panyſim* (lego *Panyaſim*) & Πείσανδρον Καμειρέα, cuius etiam meminit Stephanus in Καμειρεύς. De *Antimacho* & M. Tullius in Bruto, vbi *Clarium* emendauit Lambinus pro *Clarum*, nam Claros in inſula Colophone vrbs eſt. Ouid. 1. Triſt.

> *Nec tantum Clario Lyde eſt dilecta poetæ;*
> *Nec tantum Coo Battis amata viro.*

lin. 21. ἑκατοντάχειρας] Æolicῶς, vt annotat incertus Homeri Scholiaſtes. Familiare namque Æolibus ἐπένθεσιν adhibere, vt docent qui de Dialectis ſcripſerunt. Ἑκατόγχειρον vocat Briareum Homerus, vnum ex tribus Gigantibus, Cœli, Terræque filiis: de quo Virg. *Et centumgeminus Briareus* - - - v 1. Æneid. Heſiodus quoque in Theogonia; atque Apollodorum lib. 1. Biblioth.

> Ἄλλοι δ᾽ αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
> Τρεῖς παῖδες μεγάλοι τε καὶ ὄβριμοι οὐκ ὀνομαστοὶ
> Κόττος τε Βριάρεως τε, Γύης θ᾽ ὑπερήφανα τέκνα
> Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ᾽ ὤμων ἀΐσσοντο.

Centimanos Latini eadem compoſitione dixerunt. Horat. lib. 2. oda 17.

> *Nec me Chimeræ ſpiritus igneæ*
> *Nec, ſi reſurgat centimanus Gyes,*
> *Diuellar vnquam* - - -

Et Ouid.

Et Ouid. lib. 2. Elegiarum:

Centimanumq́; Gyen, ſemibouemq́; virum.

De quo Naſonis carmine, ſimilibuſq; nuper diſſerui Notis vberioribus in Suaſorias Senecæ Patris. Illud ἐν παρόδῳ admonebo, in libris, qui in vulgus editi circumferuntur, deprauatè fere legi in his locis *Gyges* pro *Gyes*, vt Lambin. & Muretus admonent. Κοῖος item pro Κόττος & Γύης leg. ex Apollodori Bibliothecæ principio apparet. Torrentius verò noſter *Gigas* etiam ſuo in Horatium Commentario tuetur.

Ibid. Καὶ τρεῖς ἑτέρους Κύκλωπας] Quorum nomina ibidem recenſet Heſiodus:

> Γείνατο δ᾽ αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας
> Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον
> Οἳ Ζηνὶ βροντήν τ᾽ ἔδοσαν, τεῦξαν τε Κεραυνόν.
> Οἱ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν
> Μοῦνος δ᾽ ὀφθαλμὸς, μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ
> Κύκλωπες δ᾽ ὄνομ᾽ ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ᾽ ἄρα σφέων
> Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἑεὶς ἐνέκειτο μετώπῳ
> Ἰσχύς τ᾽ ἠδὲ βίη καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἐπ᾽ ἔργοις.

Virg. 8. Æneid. *Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro;*
Brontesq́;, Steropesq́;, & nudus membra Pyracmon.

lin. 23. τοὺς Ἕλληνας μυθολογούμενα] Græcia enim fabuloſos deos primùm ſuperſtitioſe coluit; & quidem quos ex hominibus natos, vitiiſque diffluere non ignoraret. Hinc Iuuenal. Satyr. 10.

Et quidquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.

Hinc & Cretenſes mendaces habiti, vel Epimenide Cretenſi teſte, quod Iouem apud ſe natum iactarent, ſepulcrumque oſtenderent. De horum fide, vanitate, Cicero ad Q. fratrem: *Tot q́; prouerbia in mundo ſunt. Sed in Diis fingendis poetis vſa eſt, tanquam figulis peritiſſimis*: qua de re qui aduerſus Gentes, pro Chriſtianorum fide decertarunt, multi multa: Tertull. Apologet. c. 14. B. Cyprianus, Arnobius libris ſeptem, totidemque Lactantius, eius diſcipulus, ſtylo tamen præſtantior, Minucius Felix in Octauio, octauus Arnobii liber falſo olim habitus, & alii. De Græcis verò, Clemens Alexandrinus, quem ſtudioſè imitatur Arnobius: Iuſtinus, Philoſophus & Martyr, Gregor. Nazianzenus in στηλιτευτικοῖς contra Iulianum Imperatorem παραβάτην: Tatianus, Euſebius Pamphili, Theodoretus, Theophilus; cæteriq;. Plutarchus item in Erotico, deorum architectos fuiſſe Poetas, Philoſophos, & Legiſlatores diſertè docet. Apud illos verò Scriptores Græcos hodie paſſim peccatur, dum τοὺς Ἕλληνας, *Græcos* potius vertunt, quàm *Gentes*, vel *Gentiles*, quibuſcum digladiantur ipſi Græci; quod propter imperitiores moneo. In hoc genere fictorum Deorum opus conſcri-

pſit, vt ſuo ipſi gladio confodiantur,(Lucianum enim, vt impium, prudens prætereo:) Palæphatus Parius, vel vt quidam malunt, Prieneus, περὶ ἀπίστων, hoc eſt, incredibilium hiſtoriarum: de quo Virg. in Ciri:

Infamem tali meritorum more fuiſſe
Docta Palæphatiâ teſtatur voce papyrus.

Priorem verſum emendat Paulus Leopardus Belga libr. 10. cap. 24. Miſcell.

Infamem tali merito rumore fuiſſe.

In altero verò Fabricius & Ioſeph. Scaliger, Iul. F. *Pachynus* reponunt, pro poemate aliquo Palæphati; ego verò editam lectionem retineo; reſtituta in poſſeſſionem ſuam, ex edicto, *vnde vi* vera & priſca ſcriptura, *papyrus*. Palæphatum enim poetam fuiſſe, ſuperſtitibus præſentibus, non facilè euincent: ſed Grammaticum vnum, Hiſtoricum alterum, & neſcio vtrum χρησμαλόγον, hoc eſt, μάντιν, vatem: tertium deniq; Philoſophum Peripateticum, vel, ſi Iſacio Tzetzæ in Lycophronem fidem habebimus, Stoicum: vt idem huic accidiſſe videatur, quod Phormioni, quem M. Tullius 2. de Oratore, in Peripateticam familiam refert, Stobæus in Stoicam. τὰ μυθολογικὰ ſunt ἄπιστα, de quibus ille ſcripſit: atq; in fragmento, quod exſtat illius, Scyllæ fabula legitur. Candatii, vt idoneum auctorem Athenæus, Suidas, & Euſtathius in γ'. Vlyſſeæ. Theon item Sophiſta in progymnaſm Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον. ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα διαλύεται.

lin. 27. ὑπὸ τοῦ παιδὸς Τηλέγονος] Malè erat in veteri Τελέγονος qui imprudẽs patrem Vlyſſem interemit, paſtinacæ piſcis telo, à Circe matre venefica accepto. Qua autem ratione, variæ ſunt & repugnantes Græcorum ſententiæ: quas hic colligam; Sex. Empiricus lib. 1. aduer. Mathematicos c. 16. εἰς συστατικὸν τὸ ἱστορικόν, inquit: τινὸς μὲν λέγοντος ὅτι Ὀδυσσεὺς ὑπὸ Τηλεγόνου παιδὸς κατ' ἄγνοιαν ἀνῄρηται. τινὸς δὲ ὅτι λάρου κέντρον θαλασσίας τρυγόνος ἀφέντος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ διεφώνησεν· ἄλλοι δὲ ὅτι εἰς ἵππον μετέβαλε τὴν μορφὴν, θέλον ἐν οὕτως ἀπεῤῥωγόσι πράγμασιν εὑρεῖν τ' ἀληθές; Homeri quoque Scholiaſtes, ſeu Didymus, ſeu quiſquis eſt, vt Euſtathium omittam, in illud Odyſſ. λ'. θάνατος δέ τι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ, hæc notat: Οἱ νεώτεροι τὰ περὶ Τηλέγονον ἀνέπλασαν τὸν Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως, ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς εἰς Ἰθάκην ἐλθὼν, ὑπ' ἀγνοίας τὸν πατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος κέντρῳ. Αἰσχύλος δὲ ἐν ψυχαγωγοῖς ἰδίως λέγει. ἐρῳδιὸς γὰρ ὑψόθεν πετώμενος, ὄνθ' ὡς ἔπληξεν. ἡ δὲ ἰὸς χελώμασιν ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος σήψει παλαιὸν δέρμα καὶ τριχορρυές. Ariſtoteles quoque in poetica, Tragœdiam citat Vlyſſis vulnerati; in quo Telegonus inducitur, vbi doctiſſimus Pet. Victorius notat, citari ab antiquis Grammaticis Sophoclis Tragœdiam, quæ inſcribitur Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ, quod ſpina ictus materiam dederit Poetis ſcribendæ Tragœdiæ. Habes & in Euripidis Rhœſo, meminitque Parthenius Ἐρωτ. lib. 111. vt & in Plauto. Ariſtophanes ad illa verba Ἑταίρους δὲ Φιλωνίδου. Denique Oppianus poeta aureus libr. 2. ἁλιευτικῶν verſu 497. ſic canit de Trygonis piſcis venenoſo oſſe: quo cæſus ſit Vlyſſes:

Κεῖνο

Digitized by Google

Κεῖνό ποτ' αἰγανέῃ δολιχήρεϊ κωπήεσσῃ
Κίρκη Τηλεγόνῳ πολυφάρμακος ὤπασε μήτηρ,
Αἰχμάζειν δηίοις ἄλιον μόρον. αὐτὰρ ὁ νήσῳ
Αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ μάθε πώεα πέρθων
Πατρὸς ἑοῦ, γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆι
Αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν ἐπεμάξατο κῆρα.
Ἔνθα τὸν αἰολομῆτιν Ὀδυσσέα μυρία πόντου
Ἄλγεα μετρήσαντα πολυκμήτοισιν ἀέθλοις,
Τρυγὼν ἀλγινόεσσα θοῇ κατενήρατο ῥιπῇ:

Quæ ſic Laurentius Lippius reddidit:

In iaculo mater donauit Dædala Circe
Telegono nato telum, vt proſterneret hoſtes,
Hic Ithacæ appulſus, magni genitoris abegit
Armenta, & clarum belli virtute parentem
Letifero incautus miſit mucrone ſub Orcum
(Hunc quærens Ithacæ luſtrabat paſcua læta:)
Emenſum terras, & mille pericula Ponti,
Et paſſum duros longo ſub Marte labores,
Et multa expertum Trygon mactauit Vlyxem,
Atque ducem ſolo proſtrauit vulnere tantum.

Hunc & Tuſculum, opidum in Latio, condidiſſe ferunt Propertius lib. II. Eleg. XXXII. Ouid. 4. Faſt. initio, & lib. III. Ponti Eleg. I. & Horat. lib. III. Carm. oda XXIX.

Et Telegoni iuga parricidæ.

vbi vetus interpres, quiſquis is eſt, *Tuſculum* interpretatur. Plutarchus verò *Præneſte* ab illo conditum ait in Parallelis, cuius tamen originem Maro ad *Cæculum* refert VII. Æneid. vnde *Cæciliorum* gentile nomen manauit. Sic *Formiæ* à *Lamo* quodam conditæ, vt Hom. Odyſſ. κ'. idemq; Horat. lib. III. oda XVII. ad Ælium Lamiam. Tuſculanus autem Octauus Mamilius fuit, qui Tarquinium Superbum ſocerum vrbe exactum reſtituere tentauit, de quo T. Liuius lib. I. ab v. c. *Qui, ſi famæ credimus, ab Vlyſſe deaq; Circe oriundus.* Clarius verò Dion Halicarn. lib. IV. ἀρχαιολ. Ῥωμ. Ὀκτάυιος Μαμίλιος ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Τηλέγονον, τὸν ἐξ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης, κατῴκει δ' ἐν πόλει Τύσκλῳ. Sed in vtroq; *Octauus* triſyllabum prænomen, vt *Tullus*, *Marcus*, non *Octauius* quatuor ſyllabis legendum eſt: nam *Octauius* gentis nomen, vt *Mamilius* Feſtus Pompeius: *Mamiliorum familia à Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi procreauerat, quando id opidum ipſe condidiſſet.* In nummis apud Ant. Auguſtinum Archiep. Tarrac. omnis eruditionis promũ condum, ſcriptũ vidi C. MAMILIVS. LIMETANVS. Quo nomine quidam apud Salluſtium Trib. pleb. in Iugurthino. In auerſa parte Vlyſſes cum ſcipione & pileo. (de quo Plin. lib. xxx. cap. x.) cum cane qui eum ſolus agnouit, cum domum ab Ilio ceſſim, vt Varronianis vtar, reuertiſſet.

[lin.29. τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα]. De quibus ἐγκυκλίοις multa attuli libr.II. Humanarum Obſeruationum cap.I. quæ ne operam abutar, non repeto.

l.33. εἰς Στασῖνον] Sæpe in auctoribus corruptum hoc poetæ nomē, fortè quòd infrequens eſſet, & inſolens. *Staſimum* per M. hic ſcriptum erat deprauatè, vt & in Athenæo lib.8.& lib.10. *Staſimius* quatuor ſyllabis, & in Euſtathio Homeri Scholiaſte.1.Iliad. Taraſinus cum ſit triſyllabum, & ſcribendum *Staſinus*. Hunc verò Cyclicum Scriptorem reprehendere Flaccus putatur in arte poetica: vbi *κύκλον*, *orbem*, vertit:

Nec circa patulum vilemq́, moraberis orbem.

Sic Ioſeph. Scaliger in Catull. Turnebus verò *orbem* pro circumſtantiū corona interpretatur lib.19. Aduerſariorum. c.9. Verùm enimuero Proclus noſter *Staſinum* Cypriorum poetam diſertè à Cyclicis diſtinguit. Non ergo *Cyclicus* Horatio erit *Staſinus*, ſed alius quiſpiā ex Cyclicis, vt optimè in Athenæum lib.7.cap.3. Caſaubonus animaduertit. Acroni itaque potius aſſentiar, qui in Antimachum dictum notat, cuius Thebais κυκλικὴ citatur à Grammaticis:

Qui reditum Diomedis ab interitu Meleagri libris quatuor & viginti continua ſerie deduxit: cuiusq; operis hoc initium fuiſſe Græci produnt:

Ἔννεπε τε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θυγάτρες.

Quo de & Catullus: *At populus tumido gaudeat Antimacho.*

Talis & ille μικρῆς Ἰλιάδος paruæ Iliadis auctor, ἄδηλος:

Qui gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Quem citat incerto nomine Pauſanias in Phocicis, & in fine Laconic. vt & Iſ. Tzetzes, non ſemel allatis ex ea verſibus in Lycophronis Caſſandram; ſemel vero Leſchen auctorem illius laudat: alii Homero tribuunt, ſed, vt mox apparebit, falſo: Adeo verum illud,

Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt:

Quæ Ilias minor, & Κυπριακὰ inſcribebatur: cuius initium:

Ἴλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν.

De qua & in poetica Ariſtoteles. Eam Iliadem paruam, Læuius vetuſtiſſimus poeta Latinis verſibus reddiderat: cuius Cypriæ Iliados nomine citatur à Chariſio Soſipatro lib.I. Grammat. in quo tamen vulgo ſic legitur, *C. Næuius lib.1. Cypriæ Iliados*: pro *Læuius*.

Cælum marmoreum torques aurata coronat;

Priſcianus item lib.10. Grammat. ex lib.2.

Fecundo penetrat penitus, thalamoq́, potitur.

Cæterum ex Cypriacis Staſini poetæ, quo de hic agitur, verſus de Dioſcuris laudat idem Tzetzes in Lycophronem: præter Androclis, & Philoſtephani hiſtoriam Cypriam. Verſus autem hi ſunt:

[*Pag.82.Oporini.*] Αἶψα δὲ Λυγκεὺς Ταΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς,
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν

Taurta-

Digitized by Google

Ταυταλίδου Πέλοπος. τύχα ἢ εἰσὶ ἢ κύδιμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης,
Κάστορά θ' Ἱππόδαμον καὶ ἀεθλόφορον πολυδεύκεα.

Similiter ex parua Iliade Leſchæ vndecim hos verſus ab interitu vindicauit: *[Pag. 162. Oporini.]*

Αὐτὰρ Ἀχιλλέως μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς
Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγαγε κοίλας ἐπὶ νῆας
Παῖδα δ' ἕλκων ἐκ κόλπου εὐπλοκάμοιο τιθλεύης
Ῥίψας ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου. τὸν δὲ πεσόντα
Τ' ἔλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ
Ἐκ δ' ἕλετ' ἀνδρομάχην ἠΰζωνον παράκοιτιν
Ἕκτορος, δ' ἣν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες παναχαιῶν
Δῶκαν ἔχειν ἐπίκρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρὶ
Αὐτὸν τ' ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο
Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν
Ἐκ πάντων δαναῶν, ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.

Verum operæ precium fore confido, & in his bellorum ciuilium tempeſtatibus alloquium conſolationemq; allaturũ ſpero, cum *toto ſæuit Mars impius orbe*, referre Staſini elegans carmen, de Terra communi omnium parente, quæ tot inutilia improborum pondera ſuſtineat, vt ingratiſſimorum hominum impietatem deteſtans cum elementis omnibus, mortalium ſcelera exoſa eſſe videatur. Hinc officium ſuum detrectare, & fame, peſte, bellorumq; calamitatibus ſubleuari: bonos vero conſtanteſq; vt in fornace aurum oſtendi declarat Apologus ille nimis verus: atque vtinam quod precibus aſſiduis obteſtandum, Deus Opt. Max. noſtri aliquando miſertus, ſcelera condonando, hæc mala ab Europæ finibus longè auerruncet, in hoſteſque fidei conuertat. Noſtris enim meritis atq; peccatis (quod & T. Attico ſua tẽpeſtate queſtus eſt Cicero) in has ærumnas incidimus. Poetæ verſus, ad verbum ediſcendos, appendere libet ex collectis in Homeri Iliadem commentariis, lib. 1. geminamque Euripidis ſententiam, quæ Oreſte extremo legitur:

Πόλεμον εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ
Καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν
Πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα
Γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.
Bellum intulit (Deus) Græcorum terræ
Et Phrygibus miſeris: vt turba mortalium
Et multitudine leuaret matrem terram:
Et cognitum redderet fortiſſimum Græciæ. Sic Staſinus.

Apud Tragicum vero Apollo ad Menelaũ, ne de Helena iam in deos tranſlata, ſit ſollicitus; tanquam ex tripode oraculum fatur:

Ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι

Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας συνήγαγον
Θανάτους ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
Ὕβρισμα θνητῶν, ἀφθόνου πληρώματος.
Nam Dii huius Helenæ vetuſtate
Græcos in vnum, atque Phrygas commiſerunt,
Cædeſque ediderunt, vt leuarent à terra
Pondus mortalium abundans copia.

lin.34. οἱ δ' Ἡγήσιον] Ἡγησίαν leg. haud dubiè ex Athenæo lib.xv. Hegeſias quoque Maronites Georgικῶν poeta laudatur à Varrone I. de re ruſtica: quamquam mendoſè illic *Aegeſias* legitur. Alterius item *Hegeſiæ Magneſii* dictum frigidum in Alexandri natalem refert Plutarchus in Alexandro & Dion. Halicarn. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

lin.35. οἱ δὲ, Ὅμηρον] Cypria, ſeu Cypriaca, & Cyclica pro iiſdem habita hinc apparet: Homero autem attributa fuiſſe à quibuſdam è Philopono iam docui: vt & illud in Midam, auctore Herodoto in eius vita. Idem tamen Homero Cypria abiudicat in Euterpe. Verſibus enim ex Iliad. ζ. & Odyſſ. δ. Paridem probat, cum Helenam abduceret, in Ægyptum delatum tempeſtate. Itaque ait, hi verſus, tum vero locus non minimum, imo vero maxime probant Cyprios verſus, non Homeri, ſed cuiuſpiam alterius eſſe: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium perueniſſe, ſecundo vento vſus, & tranquillo mari: cum in Iliade dicat, cum Helenam abduceret, erraſſe. Sed ſuauiſſimi Scriptoris Ionici verba Græca apponam: ταῦτα τὰ ἔπεα καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι ἀλλ' ἄλλου τινός· ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς τριταῖος Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐκ Σπάρτης ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ. ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν. Ariſtoteles in poeticis Dicæagoni Κύπρια citat: poſt tamen tanquam nomen ignoretur, ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Niſi, vt nomine, ita & re diuerſi auctoris fuerint poemata. Pauſanias quoque in Laconicis de Hilaira & Phœbe, dubitans & ipſe de auctore, ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι. Et Athenæus initio lib. VIII. eoſdem quos Proclus Cypriorum auctores nominat, hærens interim, cui attribui ea vindicarique iure Quiritium debeant: ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη ἤ τι Κύπριός τις ἐστιν, ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δή ποτε χαίρει ὀνομαζόμενος τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ Διὸς καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην, id eſt, *Qui Cyprios verſus compoſuit, ſiue Cyprius aliquis fuerit, ſiue Staſinus, ſiue alio quouis nomine vocari gaudet, Nemeſim fingit, cum eam Iupiter vrgeret ac perſequeretur, in piſcem mutatam fuiſſe.* Quem locum explicat eruditè Hadr. Iunius Animaduerſorum lib. I. c. X. Rurſum vero Athenæus lib. XV. in magno illo fragmento, quod Gul. Canterus, amicus, dum vixit, noſter, primus protulit lib. III. Nouarum Lect. cap. XXXI. Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται μὲν ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα, λέγει δ' οὖν, ὅστις ἐστὶν

ὁ ποιη-

ὁ ποιήσας αὐτὰ ἐν τῷ ια'. ἱστορεῖ. &c. hoc eſt: *Coronariorum florum meminit, qui Cyprios verſus compoſuit, Hegeſias, aut Staſinus. Demodamas enim Halicarnaſſeus libro de Halicarnaſſo, poema Cyprium eſſe cuiuſdam Halicarnaſſei tradit. Auctor igitur illius operis, quiſquis ſit, ita ſcribit vndecimo libro*, &c. Cæterum Lilius Greg. Giraldus ab Eueclo Cyprio, *Cypria* primum carmina condita tradit, neſcio quem auctorem ſecutus.

ibid. ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς] Homerus, inquit Proclus, duxit vxorem, Staſini poetæ filiam, cui κύπρια poema donauit: auxitque munus inſcriptione, qua nomen patriæ Staſini, qui Cypro oriundus erat, præferret. Non igitur gloriæ perinde ſtudioſus Homerus, atq; Ariſtoteles, qui cum Rhetorica ſua Theodectæ pro ſuis edenda obtuliſſet, poſt pro ſuis laudando repetiiſſe viſus eſt; auctor Val. Maximus lib. 8. c. 15. Sed ne erres, ab hac narratione Procli diſſenſit Ælianus: Homerum cum propter rei familiaris inopiam elocare dotatam ſatis filiam ſuam non poſſet, dotem ei Cypria carmina dediſſe: quod & Pindarum memoriæ prodidiſſe ſic narrat lib. 9. ποικιλῆς ἱστορίας, c. 15. λέγεται δὲ κἀκεῖνον, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια. καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος. cui adſtipulatur Ioan. Tzetzes Chiliade 8. Hiſt. 496. qui & Ἀρσιφόνην Homeri filiam nominat. Suidas item Homeri filiam Staſino Cyprio nupſiſſe auctor eſt, in Homero; & Cypria, Cyclum, paruamq; Iliadem inter opera enumerat, quæ attribui illi ſolent: vt hinc non idem opus fuiſſe vtrumq; intelligas: incertumq; relinquatur generne an ſocer Staſinus Homeri fuerit; ſed, vt ille dicebat; *non in eo poſita ſunt fortunæ Græciæ.* Veritatem alius, cui maius otium ſuppeditat, ex Democriti puteo eruet: cuius eſt, eritque ſemper, inueſtigatio præſtantiſſima.

pag. 7. l. 1. τὴν δὲ Ἐλεγείαν συγκαθῆσθαι] Ouidius ad Cupidinem lib. 3. de Ponto, Eleg. 111.

Tu mihi dictaſti iuuenilia carmina primùm,
Appoſui ſenis, te duce, quinque pedes.

Sidonius Apollinaris, de laudibus Narbonis:

Ibant Hexametri ſuperbientes
Et veſtigia iuncta, ſed minora
Per quinos Elegi pedes ferebant.

lin. 2. τοῖς κατῳχομένοις] κατ' εὐφημίαν, pro mortuis. Sic Latini, *ad plures abiiſſe*, vel *fuiſſe, vixiſſeq;* aliquem dicere ſolebant. Terent. *Pene fuit Phroneſium.* Et Maro 2. Æneid. *Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum*; & M. Tullius ſumpto de coniuratis Catilinariis, more maiorum, ſupplicio in carcere, egreſſus, *vixerunt*, inquit: auctor Plutarchus. Idemq; Cicero in Piſoniana, *argentum οἴχεται* dixit: de quo rixantur multi. Vide M. Antonium Muretum lib. 4. Variar. Lect. c. 19. Sed & in Sacris litteris *dormire*, & *quieſcere* mortui dicuntur: & vero *mors ſomni conſanguinea* Hom. & Virgilio: vt iam ad Lycophrona σκοτεινὸν neote-

rici annotarunt, & κοιμητήριον pro quieſcentium ſede, vt notat Pet. Victor. lib. VIII. c. 11. Variar. Lect.

lin. 3. τὸ γὰρ θρῆνος] Hinc Naſo 3. Artis, Eleg. 1.

Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos,
Heu nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Et Epiſt. Sapph. *Flendus amor meus eſt; Elegeia flebile carmen.*
Et ad Albium Tibullum Elegiacum poetam, Horat. 1. oda 33.

Albi ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glyceræ, neu miſerabiles
Decantes elegos.

Vbi Porphyrio, ἀπὸ τοῦ ἒ. deriuat, Diomedes vero lib. 3. Grammat. aliique παρὰ τὸ ἐλεεῖν τοὺς τεθνεῶτας, vel παρὰ τὸ ἔλεος. Boethius Seuerinus in erudita illa Satyrica miſcella, conſolationis Philoſophicæ ſic auſpicatur;

Carmina qui quondam ſtudio florente peregi,
Flebilis heu mæſtos cogor inire modos.
Ecce mihi lacero dictant ſcribenda Camœnæ
Et veris Elegi fletibus ora rigant.

lin. 6. πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις] Idem Ouidius, & amores conſcribi Elegis ait:

Inter quos vultu petulans Elegia vocatur.

Quem verſum per παρῳδίαν imitatus eſt Statius lib. 1. Siluarum:

Quas inter vultum petulans Elegeia propinquat.

lin. 8. Καλλῖνον τι τὸν Ἐφέσιον] Hunc Elegiaci carminis inuentorem facit Terentianus Maurus. Sed metri, vt equidem interpretor, neceſſitate *Callinorum*, quatuor ſyllabis vocat. Alii vero Theoclem, Naxium, ſeu Eretrienſem: alii Midam; nonnulli Terpandrum. In Pauſania in Bœoticis ΚΑ'ΛΑΙΝΟΝ ſcriptum repperi, dubitare itaq; cœpi Calanum ne, ex Indiæ Brachmanis Sophiſtam intelligat, (de quo Arrianus lib. VII. expedit. Alex. M. Ælianus lib. 2. Var. Hiſtor. c. 41. & lib. 5. cap. 6. Diodorus Siculus, in 9. anno Alex. Magni, Plutarchus in Alexandro, Cicero 1. de diuinat. & 2. Tuſc. quæſt. Val. Maximus lib. 1. c. 8. & Strab. lib. 15. Geogr. aliique) an Καλλῖνον, quo magis inclinat animus; nam & in antiquis inſcriptionibus, litteratiſq; marmoribus Græcè inſcriptis, Λ pro Λ, & retro ſæpe numero commutari ſolent, ob magnam figurarum ſimilitudinem; & ita Terentianus idem docuit. Malè quoque in Nicandri explanatore Græco, χαλῖνος vocatur, pro Καλλῖνος. Huius Cimmeria, & Sminthii Apollinis fabula laudatur à Strabone lib. 13. extremo, & ſemel iterumq; lib. 14.

lin. 8. Μίμνερμον Κολοφώνιον] Lyrgitiade Colophonii F. fuit, & tibicen, auctore Strabone lib. XIV. ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων, Μίμνερμος αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγεῖος. Nam ſunt qui Smyrnæum faciant: à quibus ſtare Pauſanias videtur, cuius hæc in Bœoticis ſunt, Smyrnæorum bellum conſcripſiſſe (quod & Strabo ibidem ſignificat) elegiaco carmine: Μίμνερμος ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην

μάχλην ποιήσας τὴν Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδὸν φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ θυγατέρας οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. Aſtypalienſem quidam faciunt. Vocatus etiam *Λιγυαστιάδης* paullum deflexo nomine paterno *Λιγυρτιάδου, διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγὺ*, ob ſingularem eius induſtriam & ſuauitatem, auctore Suida. Laudat plenas amoris elegias Horatius, Propertius, Solinus, & Stobæus, ſermone de vitæ breuitate.

lin. *9. τὸν Τηλέφου Φιλήταν, τὸν Κῷον*] Coum facit & Ælianus: qui adeo exili corpuſculo fuiſſe refert, vt plumbũ calceis inſutum geſtarit, ne ventorum turbine raperetur, lib. *9*. var. hiſtor. c. 14. rurſum lib. 10. c. *6*. at quomodo plumbeos geſtaret calceos homo tam imbecillis? Fides ſit itaque penes auctores. Theocriti Scholia Rhodium, non Coum faciunt. *Telephi*, patris ſui nomine poema inſcripſit, vt ex erudito Apollonii Rhodii Argonauticῶν interprete didici. Huic ſecundas tribui auctor eſt Fabius, cenſor grauiſſimus, libr. *10*. Inſtitut. Orator. Laudat Ouidius, & Propertius amatoria illius; Claudianus vero hanc *γνώμην*,

Fors iuuat audentes; Coi ſententia vatis.

Quam alii ſic extulere;

Audaces fortuna iuuat, timidoſq; repellit.

lin. 9. *Καλλίμαχον τὸν Βάττου. Κυρηναῖος ὢ*] Hinc *Battiades* dictus à Poetis, à patre: aliis à Batto rege, Cyrenes conditore. Ouid. lib. *1*. Elegiar. extre.

Battiades toto ſemper cantabitur orbe.

Cæterum de *Cyrene* Salluſtius in Iugurth. *Ad Catabathmon*, inquit, *qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari primum Cyrene eſt, colonia Thereῶn, ac deinceps duæ Syrtes.* Sed de patria ſua ipſe Callimachus:

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον ὄνομα Θήρη,
Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Floruit Olympiade *127*. regnante Ptolemæo Philadelpho, auctor Suidas. Imitatur Callimachum ſtudioſè Propertius, vnde & *Callimachus Vmber* dictus: qui & hos ferè poetas ſimul nominat.

Lib. 3. *Tu ſatius memorem* (fort. *mollem*) *Muſis imitere Philetam,*
Et non inflati ſomnia Callimachi.

Lib. 3. *Callimachi vatis, & Coi ſacra Phileta,*
In veſtrum, quæſo, me ſinite ire nemus; &,
Ora Phileteis noſtra rigauit aquis.

Rurſum: *Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos:*
Et cecinisſe modis Coe poeta tuis.

Et lib. 4. *Cera Philateis certa Romane Corymbis,*
Et Cyreneas vrna miniſtret aquas.

Et Statius 1. Syluar.

- - - hunc ipſe choro plaudente Philetas,
Callimachuſq; ſenex Vmbroq; Propertius antro.

Exſtant hodieque *hymni*, & de *coma Berenices*, cum Scholiis Græcorum, doctorumque hominum, quibus hoc ſæculum abundat. Quæ in hunc poetam, cæteroſq; luſit eleganter Ang. Politianus *in Syluis*, non vacat deſcr.bere.

lin. 12. *καὶ τὸ ἰαμβίζειν*] Alii *παρὰ τὸ ἰάπτω*: quidam à *θριάμβῳ*, hoc eſt, *Baccho triumphante*, alii aliunde. Hep[h]æſtionis Grammatici Græcus interpres diſertè hęc omnia: ſed quia liber Turnebianæ editionis perpaucorum manibus teritur, vehementerq; hæc illuſtrant, integra appendam: *Ἴαμβος, ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς συγκείμενος. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἢ ἀπὸ Ἰάμβης τῆς Κελεοῦ θεραπαίνης, ὅτι ἡ Δημήτηρ περίλυπος οὖσα ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς, καὶ πλανωμένη παρεξενήθη τινὶ ὀνόματι Κελεῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Νηέρᾳ. καὶ ταύτης ἡ θεράπαινα, ἡ καὶ Ἰάμβη καλουμένη, ὡς ἔφαμεν, παραμυθήσασα τὴν Δήμητρα ὀρχησαμένη, καὶ ᾄσματα ἐν τοιούτῳ ῥυθμῷ προσενεγκοῦσα. ἢ ἀπὸ Ἰάμβης τινὸς κόρης αἰσχρῶς ὑβρισθείσης καὶ διὰ τοῦτο ἀγχόνῃ χρησαμένης. ἢ ἀπὸ γραός τινος Ἰάμβης καλουμένης, ἣ πλωούσῃ συντυχὼν ὁ Ἱππώναξ, καὶ αἰτούμενος τῆς σκάφης, ἐφ' ἧς ἔπλωεν ἡ γραῦς τὰ ἔρια, ἤκουσε λεγούσης,*

Ἄνθρωπ' ἄπελθε τὴν σκάφην ἀνατρέπεις.

ἢ ὅτι τὸ λοιδορεῖν ἰαμβίζειν ἐλέγετο, ἀπὸ τοῦ ἰβάζειν τοῦτ' ἔστι λόγους μεστοὺς πικρίας λέγειν. ἔστι δὲ τὸ μέτρον λοιδορικόν. Nos *maledicere* dicimus Latinè. Vide Ariſtotelem, ex quo Strabo deſumpſit. Inde & noſtrum *iacere παρὰ τὸ ἰάειν ἄχος*, inde *iacere maledicta* apud Liuium: *iacere contumeliam*, atque etiam *iniuriam* apud Ciceronem; ex quo ad eandem notionem *obicio* compoſitum putat Iulius Scaliger libr. I. Poetic. cap. 12.

lin. 13. *ἀπό τινος Ἰάμβης θεραπαινίδος*] Hanc vetulam Megaricæ, & Celei ancillam fuiſſe annotat Caper in Virgilium; vel vt apud Nicandrũ in alexipharmacis eſt, Hippothoontis ſerua, quæ Cererem, de raptu filiæ Proſerpinæ ſollicitam, contumelioſe acceperit, conuiciis, contumeliis, atque iniuriis. Aliter paulò Ouidius: anum quandam, feſſæ de via Cereri Deæ, dum à Plutone raptam filiam, accenſis in Ætna facibus dies noctesq; anquirit, Polentam bibendam dediſſe; puerumq; qui tum propter aſtans arriſiſſet, eo liquore aſperſum, in ſtellionem transformatum: quod & Diomedes narrat lib. 5. Sic autem poeta lib. 5. Metam. Quid enim vetat poetarum, cum de Poetica agitur, teſtimonia aduocare; & tædium verſuum amœnitate leuare?

Feſſa labore ſitim contraxerat, oraq; nulli
Colluerant fontes: contectam ſtramine vidit
Fortè caſam, paruaſq; fores pultauit, & inde
Prodit anus, diuamq; videt, lymphamq; roganti,
Dulce dedit, teſta quod coxerat ante Polenta,
Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax
Conſtitit ante Deam, riſitq; auidamq; vocauit:
Offenſa eſt, neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido miſta perfudit Diua Polenta:

De Kuc-néavos ci-no. pota, Turneb. libr. 11. Aduerſ. cap. 8.

Combi-

Combibit os maculas; & qua modo brachia geſſit
Crura gerit, cauda eſt mutatis addita membris:
Inque breuem formam, ne ſit vis magna nocendi
Contrahitur, paruaq; minor menſura lacerta eſt.
Mirantem flentemq; & tangere monſtra parantem
Fugit anum, latebramque petit, aptumq; colori
Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis.

Hanc anum *Baubonem* ab Arnobio lib. 5. contra Gentes ex Clem. Alexandrini parænetico, vnde pleraq; tranſcripſit, vocatam exiſtimo. Vterque Orphei hos verſus ponit: vt etiam Euſebius ex Clemente lib. 2. de præpar. Euang. cap. 5.

Ὣς εἰποῦσα, πέπλους ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα
Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον. παῖς δ' ἦεν Ἴακχος
Χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεὰ, μείδησ' ἐπὶ θυμῷ
Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Arnobius ſic reddidit liberius:

Sic effata, ſimul veſtem contraxit ab imo
Obiecitque oculis formatas inguinibus res,
Succutiens quas Baubo caua manu, nam puerilis
Ollis cultus erat, plaudit, contrectat amicè.
Tum Dea defigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paullum mollita reponit.
Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti
Perducit totum Cyneonis latâ liquorem.

De his Apollodorus Athenienſis lib. 1. Bibliothecæ: Δήμητρα μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήει, &c. Pauſanias in Atticis puteum illum *floridum* vocat: Φρέαρ ἐστὶν Ἄνθινον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς γραῒ εἰκασμένην· ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν ὑπὸ τῶν θυγατέρων τοῦ Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα, καὶ οἱ τὴν Μεγάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν.

lin. 17. Ἀγέλαστος πέτρα.] Παροιμίαν eſſe admonet Zenobius (vt Suidas collectaneorum illum auctorem vocat, ſiue Zenodotus is eſt, vt in Nebulas Ariſtophanis interpres nominat) ἐπὶ τῶν λύπης παρεχόντων πραγμάτων εἴρηται. ἔστι δὲ ἡ πέτρα αὕτη ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐφ' ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. Ἐρασθεὶς γὰρ Περσεφόνης ὁ Πλούτων ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο. μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρμιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς κατέλιπεν οὐρανὸν καὶ εἰκασθεῖσα γυναικὶ ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα, ἔνθα ἐπὶ πέτραν ἐκάθισε, τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον. Sic ille Prou. Cent. I. Ad. VII. quem & lege Prou. Cent. IV. Adag. 24. Ἡ ἀμία τὴν ἀξησίαν μετῆλθεν. Apollodorus & ipſe aliter paullò.

Digitized by Google

l.20. Εἰς ψόγον καὶ ἔπαινον] Sic idē Hephæſtionis in Metrica interpres: Ἴαμβος οὐ πᾶς ἐστὶ λοίδορος. ἐν κωμῳδίᾳ μὲν γὰρ σωμυλλεύεται καὶ λοιδορεῖ. ἐν τραγῳδίᾳ δὲ πενθεῖ. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ὕμνον γράφονται τούτῳ, ὥστε καὶ εὐσεβής.

lin.24. Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος] Archilochum Iambici carminis inuentorem quidam faciunt. Velleius Pateroulus: *Neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum, & Archilochum reperiemus.* Alii ad Simmiam Rhodium (cuius eſſe putantur Ouum, Alæ, & Securis, poemata falsò Theocrito attributa) referunt: quidam Simonidem, nonnulli Arium vel Ananiam auctorem faciunt. *Parius* autem à Patria dictus etiam à Theocrito, ſeu potius Moſcho in Epitaphio Bionis: in quo & de aliis Elegiographis. Hinc Horatius, qui ſe primùm Iambica Latinè ſcripſiſſe gloriatur, *Parios numeros* dixit, pro Archilochiis lib.1. Epiſt. ad Mæcenatem:

--- Parios ego primus Iambos
Oſtendi Latio, numeros animosq́; ſecutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycamben. &c.

Et in arte poetica: *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.*

Lycamben enim ſocerum, & ſponſam ad laqueum adegit, vt in eadem epiſt. Horatius, & Epod. ſexta. Itemq; Hephæſtionis enarrator: ἀπὸ Ἰάμβης οὕτω καλουμένης κόρης· ἥτις αἰσχρῶς ὑβρισθεῖσα ἀγχόνῃ κατέλυσε τὸν βίον. ὅπερ καὶ αἱ Λυκαμβίδες ἐπὶ τοῖς Ἀρχιλόχου ποιήμασι. Et Sextus Empiricus aduerſus Mathematicos: οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες προσεκκαίονται· οἱ δὲ ὀργίλοι Ἱππώνακτα, καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας. Iulianus quoq; περὶ γενειάτης ἐν μισοπώγ. Anacreontis verſuum vetuſtatem, & leporem laudans: Ἀλκαίῳ δὲ οὐκέτι οὐδὲ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν Μοῦσαν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς εὐφροσύνης καὶ ἡδονῆς τρέψαι, μόχθου γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκαζόμενοι τῇ Μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα ποιοῦντες αὐτοῖς, ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου, τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ. Cæterum tam acerbo, moroſo, & amarulento fuiſſe ingenio Archilochum ferunt, vt quod atra bile laborantium eſt, ſeipſum non ferret; ſeque ipſe odiſſet, ſuaq; probra palàm accuſaret: quæ refert Ælianus lib.10. var. hiſtor. c.13. Vide & Euſebium lib.5. præpar. Euang. c.12. & Ἀνθολογίας Epigr. Græc. lib.1. c.67. lib. item 3. c.25. vbi & in Hipponacta ludit.

lin.22. καὶ Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος] [Vide Tzetzem in Chil. qui carmen Hipponactis de Bupalo refert.] Qui amaritudinem carminum diſtinxit in Bupalum & Anthormium ſculptores: propterea quod vultus notabilem deformitatem ridentium oculis propoſuiſſent: inquit Plinius lib.36. Natural. Hiſt. c.5. leguntur q; lepida Epigrammata lib.3. Ἀνθολογίας Epigr. Græc. Iulianus item ad Alypium, & Horatius Epodo 6.

Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

Hipponactis verſum in Hephæſtione de Metrica, hunc repperi:

Εἴ μοι γένοιτο, παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα.

In Scho-

In Scholiis verò illud Archilochi, vt puto: Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω λόγον, τίς σὰς παρήειρε φρένας: Hunc non exiguum ſolum, & deformi, ſed & gracili admodum corpore fuiſſe, vt & de Phileta Heroico poeta ſupra retuli, auctor eſt Ælianus lib.1. var.hiſtor.c.6. Mox, *ſub Amynto*, non *ſub Anania*, vt in noſtro cod. ſcriptum oſtendi, caſtigandum vidit doctiſſimus Sylburgius ex Euſebii Chronicis. Eſt & *Ananias* vnus de tribus Iambographis apud Iſacium Tzetzam, prolegom.in Lycophronem, nec vt ſuſpicor, mendoſus locus eſt. Nam & Hephæſtio in Metricis eius meminit. Plura de Archilocho Ioan. Goropius Becanus in Chronic.

l.25. Σιμωνίδης ὁ Ἀμορκῖνος] Vitioſum id: Ἀμόργιος ſcripſerat Proclus, aut Ἀμοργῖνος, vt ex Stephano didici: Ἀμοργός, inquit, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ παγκάλη, καὶ ψυχία. ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός, Ἀμοργῖνος, λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. λέγεται καὶ Ἀμόργιος, ὡς φησι Χάραξ.

lin.29. περὶ δὲ Μελικῆς] De *Melicis*, & *Epodis* verſibus, præter ea, quæ à multis collecta ſunt; (ne me aliorum ſcrinia compilaſſe putes:) Galenus extremo lib. *17*. de vſu partium: Turnebus item in Aduerſariis lib.1. cap.4. vt & variis *odarum 22*. generibus Athenæus lib.14. cenæ Sophiſtar. & Pollux.

lin.33 προσῴδιον] Προσῴδιον, Heſychius, Suidas, & Etymologici auctor à προσιέναι, μετὰ τῶν τοῖς θεοῖς deriuant; qua ratione per ο ſcribendum eſſet: quo ordine idem Suidas in lexico collocat, & ita in Athenæo ſcribitur lib.4. δειπνοσοφ. Προσόδια, ἐν χορῷ, ἐν ἰθυφάλλοι μετ᾽ ὀρχήσεως. Sed de Proſodiaca & Apoſtolica ſaltatione plura nuper Iſaacus Caſaubonus ad Athenæum lib.xiv. Animad.cap.vii.

pag.8.l.4. τὸν ὕμνον ὠνομάσθαι] Hymnos ſcripſiſſe fertur & Ariſtoteles. (Orphei enim, Homeri, & Callimachi ſunt in manibus) nam de virtute exſtat elegans apud Stobæum ſermone 1. Elegiam eiuſdem ad Eudemum adfert Olympiodorus minor, Platonicus, Comment.in Platonis Gorgiam; (praxi *41*.) nondum typis, quod ſciam, edito: legiturque, ſed mutila, apud Franc. Patricium, Peripateticarum diſcuſſionum lib.7. Quæ lacuna ſic expleri poteſt, ex Ariſtotelis vita, quæ præmittitur Comment. Ammonii in Categorias:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο. τοῦδε Πλάτωνος
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις
Ὃ μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς,
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ·
Οὐ νῦν δ᾽ ἐστὶ λαβεῖν οὐδενὶ, ταῦτα ποτέ.

Nos ſic vertebamus ἐκ τοῦ παραχρῆμα:

Hæc ab Ariſtotele inſigni poſita ara Platoni,
Quem laudare tibi, turba profana, nefas.
Solus hic, aut princeps hominum monſtrauit apertè,

Moribus, aut vita, vel methodo el qui
Et bonus, idem etiam felix exiſtat abundè.
Mortali an cuiquam ſors ea contigerit?

lin. 19. εἰς πάντας νῶν χαρίεμβρ© θεὺς] Latini etiam de quouis carmine *Pæan* διὰ κατάχρησιν vſurpant. Virgil. 6. Æneid.

Veſcentes, lætumq; choro pæana canentes.

Et Abronus Silo apud Senecam Rhetorem, Suaſoria 2.

Ite agite, ô Danai, magnum pæana canentes:
Ite triumphantes: belli mora concidit Hector.

De diis inferis pæan apud Xenophontem vſurpatur lib. 4. Ἑλληνικῶν: ὑμνησαν τ περὶ τὸν Ποσειδῶ παιᾶνα: ſæpe etiam Marti, & quidem ante bellum; vt poſt bellum Apollini, apud eundem Xenoph. lib. 2. & 7. Ἑλλ. & Plutarchum in Romulo, & Lycurgo: quem vide, & in T. Quinctio Flaminino: quæq; infra ex Erotico eiuſdem adſcripſi. Cæterum de pæane, vel pæone pede, videndus eſt Franc. Salinas lib. 5. de Muſica 9. c.

lin. 20. ἰδίως τῷ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι] Iuuenalis Satyr. 6.

Parce, precor, pæan, & tu depone ſagittas. &c.

His Iouis & Latonæ filiis *carmen* etiam *ſeculare* Romæ decantabatur: ſemel à Catullo, bis ab Horatio, lib. 4. oda 6. Et in fine Epodôn. Sic itaq; Flaccus:

Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem
Peſtemq; à populo, & principe Cæſare, in
Perſas, atque Britannos
Veſtra motus aget pace.

Apollo verò peſtis auctor; depulſorq; ſub imagine Solis, credebatur: vt ex 1. Iliad. Homeri cognoſcitur: Idemq; ἀλεξίκακος, & *Auerruncus*, priſcis Latinis ἐλοίμιος. Παιὰν autem ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τοῦ παίειν. Vnde ὤναξ παιὰν, pro ὦ ἄναξ dictus Apollo. Orpheus apud Heſych. ὤναξ παιὰν ὦ βασιλεῦ, ὁ κακῶν παύων Ἄπολλον. Elegans ἀκρόστιχις ἀδήλου, ordine alphabetico exſtat apud Girald. Syntag. 7. cuius hoc initium:

Ὑμνείω Παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα,

quem hymnum explanādum duxit homo eruditiſſ. Io. Alex. Braſſicanus. Lege Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 17. Ἄρτεμιν verò Lunam, quaſi ἀεροτόμον vocant Græci, quod aera ſecet. Idem Macrobius extremo lib. 7. Saturnal. ex Plutarcho, & Plato in Cratylo. Dianæ etiam hymnus ſacer, *hypæpus* vocabatur, auctore Theodoreto. *Paanis*, & *minuritionis* mentio in Cicerone de Oratore lib. extr. quem locum illuſtrat Had. Turnebus, Galliæ ornamentum lib. 1. Aduerſa. cap. 12. ex Alexandro Aphrodiſæo, qui παιανίζειν dixit, quod *pæanem citare* M. Tullius. de minuritione verò, & Plutarchus ὑγιεινοῖς, & Seneca Philoſophus epiſt. 13. Pæana etiam Ariſtoteles luſit in Hermiam, tanquam Apollinem alterum: vt Laertius refert, emendante ibidem ὑγίειας Caſaubono, & de Hermia eunucho Suidas.

das: cuius ſiue filiam, ſiue neptem vxorem duxit, & ſacra illi, vt Cereri Eleuſinæ Athenienſes ſolent, fecit: quod meritò reprehendit Euſebius lib. 15. de præparat. Euang. in Græco quidem Rob. Steph. exemplari, vt nos in vitis Ariſtotelis & Demoſthenis admonuimus Olympiad. CVIII. anno I. Ex Bacchilide quoque ἐν παιᾶσιν hanc παροιμίαν attulit Zenobius. Ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει. Refert & Laertius Ariſtotelis de Empedoclis verſibus hoc iudicium Homerico ſtylo conſcriptos videri. Et in Apollinem ſcripſiſſe προοίμιον, fortè παιᾶνα melius legeretur ſi veteres libri fauerent; nihil tamen demuto. Scio enim procemia cantuum eſſe.

lin. 25. Διθύραμβος εἰς Διόνυσον] In Bacchi laudem *Dithyrambus* à Lyricis decantabatur, furore quodam Bacchico concitatis, & quaſi temulentis: idque à Græcis potiſſimum: *minus enim eſt hoc genus poematis tractatum à Latinis*, inquit Tullius, de perfecto Oratore (ſic enim legendum vidit Romulus Amaſæus; contra atque Turnebus emendat lib. I. Aduerſ. c. 4.) *Poematis*, inquit, *Tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici, quod minus eſt tractatum à Latinis, ſuum quodque eſt diuerſum à reliquis.* Equidem tertius in M. Tullio minore vi reponere audeam: *Melici* ac dehinc *Iambici*. Meminit & lib. 3. de Oratore, ad Q. fratrem, *ab Anapæſtis licentior ille, & ditior fluxit Dithyrambus.* Legend. Cœlius Rhodig. lib. 7. c. 5. antiq. lect. *Dithyramborum* autem Scriptores hi fere ab Athenæo nominantur: *Alcymnius Chius, Amphis Comicus, Anaxandrides, Chomenes Rhegnenſis, Lamprocles, Melanippides Mileſius, Philoxenus Cytherius*, & *Teleſtes*. Ariſtoteles in Poetica, Dion. item Halicarnaſſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, inſignem in hoc genere fuiſſe aiunt *Philoxenum Cytherium*, atq; *Timotheum*: His adiecit Iſacius Tzetzes in Lycophronem *Chalcidium, Raſemum* poetam, *Ariona Methymnæum*: His poſteriores extitere, *Labrines, Laſſus*, (cuius & Ælianus libr. 7. animal. cap. 47. meminit) & *Hermioneus, Melanippides Mileſius* Dithyramborum libros reliquiſſe, quos & Xenophon ſit admiratus, dicitur; & *Pericletes* Lesbius primus concinuiſſe. *Pindarus* quoque in his excelluit, vt auctor eſt Scholiaſtes & Flaccus; ſed interciderunt omnia, *Diagoram* etiam *Melium* primum Dithyrambicum fuiſſe Sex. Empiricus lib. πρὸς μαθηματικούς, refert. Sic n. elegans ille Scriptor l. b 8. Διαγόρας γὰρ ὁ Μήλιος διθυραμβοποιός, ὥς φασι, τὸ πρῶτον γενόμενος, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δεισιδαίμων, ὅς γε καὶ τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ κατήρξατο τὸν τρόπον τοῦτον. Κατὰ δαίμονα καὶ τύχαν πάντα τελεῖται. Ἀδικηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐπιορκήσαντος, καὶ μηδὲν ἕνεκα τούτου παθόντος, μεθηρμόσατο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. Quem eo libentius Græcè, hoc eſt, ſua, quàm aliena, lingua loquentem induxi, vt videant, quanto eruditionis fructu careant, qui Græcarum litterarum inſcientia non contenti, ab hac etiam & abhorreant vehementer, & alios improbè deterreāt. Cæterum *Philoxeni* illius, cuius & *Cyclopa* poema adnotat Zenobius Prou. οἵῳ με ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν, & Teleſtæ Dithyrambos ab Harpalo miſſos Alexandro Regi, vnà cum Tragicis Æſchylo, Sophocle, & Euripide, magni muneris loco, in eius vita narrat Plutarch. De quibus etiam Tragœdiæ principi-

bus, vt obiter admoneam, Ptolemæo Ægypti regi Alexandriam dono miſſis, legant poeticæ ſtudioſi Galenum, Comment. in libr. 3. ἐπιδημ. Hippocratis: & vt quo in precio haberi debeant, hîc diſcant. Tantum de Dithyramborum Scriptoribus: nunc reliqua videamus.

lin. 27. κατὰ τὴν Νύσσαν] Νύσαν, vnico σ ſcriptum vidi in Stephano, qui decem vrbes cognomines collegit: inter quas Euboica, vna eademq; die vitem florentem fert, & racemos maturos producit. Pompon. Mela noſter libr. 3. c. 7. de India: *Vrbium, quas incolunt (ſunt autem plurimæ) Nyſſa eſt clariſſima, & maxima: Montium Meros, Ioui ſacer: Famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in huius ſpecu Liberum arbitrentur eſſe nutritum: vnde Græcis auctoribus vt femori Iouis inſutum dicerent, aut materia ingeſſit; aut error.* Ad quem locum olim plura annotata memini, quæ non repeto: Herodoti tantum in Euterpe geminum locum adſcribam: vt Græca cum Latinis coniungendo, Lector fructum referat: Διόνυσον λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον, ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάψατο Ζεὺς καὶ ἤνεγκε ἐς Νύσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ. Theocritus Eidyll. 26. quod Bacchæ inſcribitur:

> Χαίροι μὲν Διόνυσος ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
> Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας.

Ibid. ἐπ' ἄντρῳ διθυράμβῳ] *In antro bifori*, reddidi. δίθυρον enim *biuallem*, ſeu *bipoſtem portam* ſignificat. Vide Phornutum, & lexicographos Græcos. δίθυρα, hoc eſt, *biualuia*, in foliis dixit Ariſtoteles lib. de Iuuentute, & Senectute c. 1. In antro autem nutritum Bacchum, Pauſanias in Laconicis auctor eſt, campumque ipſum Διονύσου κῆπον, hoc eſt, *Bacchi hortum* appellatũ. Διθύραμβος igitur, vel quod bis natus, duabus ianuis egreſſus in lucem Bacchus, ſemel ex vtero materno, Semeles fulgure ictæ; iterum ex Iouis femore, vt ex eiuſdem cerebro Pallas: ἀπὸ τοῦ Διονύσου, τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, inquit interpres Pindari, dithyrambici ſummi: & Iſacius in Lycophronis prolegom. vel quod ex Ioue, & Cerere natus, diſcerptus à Titanibus ſit; à matreq; recoctus, & in vitam reuocatus; vt Diodorus Siculus lib. 4. Biblioth. Origenes contra Celſum, & Euſebius narrant. Hinc & Βιμάτωρ eſt Orpheo: ab Ouidio verò *bimater* redditur, lib. 4. Metamorph.

> *Thuraq; dant; Bacchumq; vocant Bromiumq; Lyæumq;,*
> *Ignigenamq; ſatumq; iterum, ſolumq; bimatrem.*

Phornutus verò à Rhea Dymmo matre ſecundo compoſitum ait; qui & διθύραμβον dictum putat, quod *arcanum demens detegat ebrietas*: ebrius enim & temulentus, vas eſt rimarum plenum, hâc illâc perfluens. Ridet hæc deliramenta, & quidem meritò, Arnobius lib. 1. & 5. aduerſus Gentes. Tu vide & Macrobium lib. 1. ſomnii Scip. c. 12.

lin. 28. λυθέντων τῶν ῥαμμάτων] Eſſet itaque διθύραμβος, quaſi λυθίραμβος, per ι ſcribendum: quod dum Bacchum parturiret femori aſſutũ, acclamarent Nymphæ, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, *ſolue ligaturam*. Sed in his compoſitionibus ludentes nimium quantum ſibi indulgent, acuti, (tum verò præcipue Stoici) originationum

Digitized by Google

num interpretes, & ſæpe etiam φλυαρῳδεῖς. Sed hic lege Etymologicum magnum.

lin. 31. Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει] Locus Pindari eſt Olympicorum Eidyllio 13. & βοηλάτην eum nominat; vel quod cum clamore accinebatur, vel quia victoribus bos erat præmium, vt interpreti placet. *Tripodem* autem præmio dari ſolitum in prolegom. Iſac. Tzetzæ in Caſſandram Lycophronis lectum eſt: qui & primum dithyrambum Corinthi à Philoxeno Cytherio inſtitutum ait; ab Arione Ariſtoteles, vt hic Proclus refert. Locum enim adhuc requiro, niſi fortè in iis, quæ extremo lib. 3. Poeticæ interciderunt. Nunc Dyrcæi vatis lyram iucundam audiamus:

--- ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον·
Διονύσου πόθεν ἐξέφανεν
σὺν βοηλάτᾳ χάριτες
διθυράμβῳ.

Vbi Scholiaſtes, quiſquis is eſt, primum in Naxo, deinde Thebis, poſt Corinthi, repertum primum dithyrambum; eiuſq; ſententiæ auctorem facit Pindarum ipſum Dithyrambopæum, optimum eorum, qui temporis iniuria perierunt. Quid eſt, ſi hoc non eſt, pugnantia dicere?

lin. 34. τὸν κύκλιον χόρον] Iſ. cius Tzetzes in Lycophr. Cyclios, in choris conficere circulum conſtantem viris quinquaginta, totidemq;, & in dithyrambicis: commune enim id eſſe vtriſq;, ſed de choris Suidas legendus, & quæ de Cyclicis ſupra obſeruanda docui.

lin. 35. ὁ Νόμος] *Nomus*, modus, ſeu modulatio quædam carminis. Iulius Pollux lib. 4. cap. 9 περὶ ἁρμονικῶν αὐλητικῶν, Ariſtoteles in Poetica, & Problematum ſect. 19. quæſt. 28. vbi nomos exponunt *odas*. Plutarchus Sympoſ. lib. 7. quem & lege lib. de Muſica, & Athenæum lib. 14. Apud Suidam alia ſignificatio in νόμοι, κιθαρῳδικοὶ ex eodem Ariſtotele: alia item notione Ariſtophanis interpres doctiſſimus, initio Equitum: in hunc verſum;

συναυλίαν κλαύσωμεν Ολύμπου νόμον.

Athenæus lib. 14. tradit *Cantionem nomiam* ab Eriphanide Menalcæ venatoris amore capta vocari.

lin. 36. νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων] Νόμιος vocatur, vna dempta litera, apud Macrob. & Phornutum: ſed & hi ſententiis variant. A paſtorali cura, Phornutus: nam & Admeti regis pecora pauiſſe fabulantur poetæ; ille verò *quia Sol, qui Phœbus eſt, paſcit omnia, quæ terra profert; vnde non vnius generis pecorum, ſed omnium paſtor canitur.* Sic enim Macrobii verba leniter immutanda putaui, lib. 1. Saturnal. c. 17. Theocritus Eidyllio 32. in Hercule leonicida:

Χλωρῇ τ' ἀγριέλαιος Ἀπόλλωνος νομίοιο·
Ἱερὸν ἁγνὸν ξεῖνε, πλειοτάτοιο θεοῖο.
Hic vbi templa tenet ſua paſtoralis Apollo.

Et Callimachus hymno in Apollinem:

Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν ἐξ ἔτι κείνου
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

Id eſt,

Hac etiam cauſa Nomium te Phœbe vocamus,
Pauiſti quod equos Amphryſi ad flumina paſtor,
Cœlibis Admeti ſuccenſus amore iugali.

Et Maro, quem nihil Græcorum arcanorum fugit, initio lib. 3. Georg.

Paſtor ab Amphryſo.

Et Lucanus lib. 6. Pharſal. *& flumine puro*
Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Proclus noſter & Pindari Scholia à νόμῳ Νόμιον deriuant, à muſico nimirum modulo: M. verò Tullius à legum ſeueritate cum Arcadibus Apollo imperaret, *Nomonem* appellat, 3. de natura Deorum. Probus Grammat. in 1. Georg. Virgil. ad illud; - - *Et cultor nemorum cui pinguia Cea.* Ariſtæum in Deorum numerum relatum ait, appellatumq; *Nomium, & Aegoras*: quod & agreſti ſtudio, & cum pecorũ armentorumq; non mediocriter hominibus profuiſſet, idque ex Varronis Attacini Argonauticis. Verum ex Apollonii Rhodii ἀργοναυτικοῖς, quando Varronis interierunt, emendandum eſſe ἀγρεὺς pro *Aegoros*, quod deprauatum eſt, primus vidit Lilius Giraldus, ſyntagmate 1. in *Ariſtæo*, & 2. in *Ioue Icmæo*. Reliqua ſuggerent Scholiaſtæ Apollonii, qui appellationis cauſam reddunt, vt & Pindari interpretes: qui Vates in Pythiis, Iouem & Apollinem, ſingulos Ariſtæos nominatos ait, vt & ἀγρέα, καὶ νόμιον. Sed plura Gregorius Lilius ſyntagm. 7. & alibi, quæ non deſcribo. Νόμιμος autem recipio præ illo Νόμιος. Quamuis enim Νόμιος dictus Apollo ἀπὸ τῆς νομῆς, aut ἀπὸ τοῦ Νομεὺς: hoc tamẽ loco ἀπὸ τοῦ νόμου Muſicę, ducitur etymon indicio, vt dixi, Procli ac Pindari Scholiaſtæ: quod ad Apollinis templum ſolus Chryſothemis abſq; choro *Nomon* primus cecinifſet. At à nomine νόμος, nullo modo Νόμιος ſine altero μ oriri poteſt, ſed omnino paronymon eius eſt, τὸ Νόμιμος, vt Νόμιμα βαρβαρικὰ liber Ariſtotelis à M. Varrone libr. vi. de Ling. Lat. citatus, & ab Athenæo eiuſdem Τυῤῥηνῶν Νόμιμοι *Hetruſcorum leges* lib. 1. δειπνοσοφιστῶν. Quare Νόμιμος retinendum puto.

pag. 9. lin. 3. Τέρπανδρος μὲν πρῶτος] Huic Nomi inuentionem plerique acceptam referũt: nonnulli Philammoni, alii Clonæ. Plutarchi verba continent. de Muſica audiamus: Ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι, καὶ Πολύμνηστον Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν.

Et Plinii libr. 7. c. 56. *Citharam Amphion, vt alii, Orpheus, inuenit. Septem chordis tribus ad quatuor additis Terpander: octauam Simonides addidit: nonam Timotheus.*

lin. 4.

lin. 4. Ἀρίων ὁ μηθυμναῖος] Nota in vulgus hiſtoria, ſiue fabula ea eſt, de *Arione*, delphino vecto; qui Tarento Corinthum traiicere cum vellet, à nautis in mare præcipitatus, tergoq; delphini exceptus, in Tænarum delatus eſt; ex Herodoto in Clione: Plinio lib. 9. cap. 8. & quæ ibi notata à Iacobo Dalechampio Medico de delphinis: Plutarcho in conuiuio 7. ſapientum: Æliano lib. 6 hiſtor. animalium c. 15. & lib. 12. c. 45. Fabii dicterio lib. 6. Inſtitut. orator. c. 4. Agellio lib. 16 c. 19. Iulio Hygino in aſtronomicis de Delphica: & ne Poeticæ voluptas, cùm de ipſa diſſerimus, abſit, Ouidius eleganter deſcribit 2. Faſtorum, & Græcè Bianor, duobus Epigramm. quæ lib. 1. ἀνθολογίας, & lib. 4. leguntur. Herodoti verba ob ſingularem Scriptoris amœnitatem, non pigebit exſcribere. Is enim in Κλειοῖ primum Corinthi dithyrambum docuiſſe refert (quod hic ad Ariſtotelem Proclus retulit) Ἀρίονα τὸν μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντα τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Huncque à nautis improbis in mare deſilire coactum ait, ςάντα ἐν τοῖσι ἐδωλίοισι διεξελθεῖν Νόμον καὶ Ὄρθιον. τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτόν. Quæ ſic Agellius Latinè reddidit lib. 16. c. 19. *Stanſque in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantauit. Is loco, & oppido Methymnæus, terra atque inſula omni Lesbius fuit.* Sic ille: in quo ſuſpecta mihi domendo vox illa *ſublatiſſima*, durè ferit aures: tentabam *ſublata & ima*; Eſt enim Dithyrambus numeris innumeris ſolutus, vt Flaccus canit: ſed nihil abſque librorum vett. auctoritate temere mutandum cenſeo. Porro & illud obſerua; θρέμμα λεγομένων (vt Herodotum appellat Iulianus Imp. in Epiſt.) non diſtinxiſſe videri alba, quod aiunt, linea, *Nomon, & Dithyrambum*: cum tamen Νόμος in Apollinis, ὁ διθύραμβος verò in Bacchi honorem caneretur: ſitq; ille canendi modulus cum certo intenſæ remiſſæq; vocis flexu; Dithyrambus verò numeris ſolutus feratur. *Orthius* autem modus Palladis eſt, argumentum bellicum habens, vt Timotheus Alexandro regi oſtendit, inquit Plutarch. in Muſica, & Euſtath. in Iliad. λ. πιθανὸς γὰρ ὁ τρόπος τῆς μουσικῆς ὁ ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκκαίνεις ᾠδῆς εἰς τὸ πολεμικὸν ἐρεθιστικός. Τιμόθεος γοῦν ἄσας τοσοῦτον ἄρεος Ἀλέξανδρον ἐπλησεν, ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐκεῖνος ἀναπηδῆσαι. *Orthium* alii vocant & Dianæ attribuunt: de quo eius cognomento Lilius Giraldus Syntagm. 12. & 1. de hiſtoria Poetarum. ὄρθρος verò quid ab illo differat Phrynichus Lexicogr in Atticiſmis docet: etſi Glareanus *Orthrium* tuetur. *Orthium* verò reſcribendum putet Io. Hariungus Decuria III. cap. x.

lin. 8. καὶ χορδαῖς τὸν ἑπτὰ πλείοσιν ἐχρήσατο]. Non Phryno, ſed Timotheo vno ore omnes attribuunt. Pauſanias in Laconicis: Ἐνταῦθα ἐκρέμασαν Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κιθάραν καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν, ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς. Ceterùm ψήφισμα à Lacedæmoniis contra Timotheum latum, etiamnum in Boethii Seuerini de Muſica Comm. legitur, dialecto Dorica, hoc eſt, veteri Spartanorū lingua, ρ littera loco σ ſubſtituente ſcriptum; quod com-

muni Dialecto editum à Gregorio Lilio in Hiſt. Poetarum : caſtigatius verò à Paulo Leopardo, Miſcellan. c.14. lib. 8. quod & nos ex Boethii codice peruetere Bibliothecæ Toletanæ olim contulimus : Ἐπειδὴ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος παραγενόμενος εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν τὴν παλαιὰν μολπὴν ἀτιμάζει, καὶ τὴν διὰ τῶν ἑπτὰ χορδῶν κιθάρισιν ἀποστρεφόμενος πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰς ἀκοὰς τῶν νέων διὰ τῆς πολυχορδίας. καὶ γὰρ καινότητα τοῦ μέλους ἐνέγκας καὶ ποικίλην ἀντὶ ἁπλῆς καὶ τεταγμένης ἀμφιέννυται τὴν μολπὴν ἐπὶ χρώματος συνιστάμενος τὴν τοῦ μέλους δίεσιν ἀντὶ τοῦ ἐναρμονίου πρὸς τὴν ἀντίστροφον ἀμοιβήν· παρακληθεὶς δὲ καὶ ἐς τὸν ἀγῶνα τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος ἀπρεπῆ διεσκεδάσατο τὴν τοῦ μύθου διδαχήν. τὴν γὰρ Σεμέλης ὠδῖνα οὐκ ἔνδικα τοὺς νέους διδάσκει (al ter ἐδίδασκε) δεδόχθαι φαμὲν περὶ τούτων τοὺς βασιλέας καὶ τοὺς ἐφόρους μέμψασθαι τὸν Τιμόθεον, ἐπαναγκάσαι δὲ καὶ τῶν ἕνδεκα χορδῶν ἐκτεμόντας τὰς περιττὰς ὑπολειπομένας τὰς ἑπτά, ὅπως ἕκαστος τὸ τῆς πόλεως βάρος ὁρῶν εὐλαβῆται εἰς τὴν Σπάρτην ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μήποτε ταράττηται κλέος ἀγώνων, hoc eſt, *Quoniam Timotheus Mileſius veniens in noſtram ciuitatem antiquum cantum neglexit, & eum qui per ſeptem chordas efficitur, cantum citharæ auerſans polyphoniam, id eſt, vocum multarum concentum inducens, inficit auditus iuuenum per polychordiam, id eſt, chordarum multiplicitatem; etenim meli nouitatem induxit, & variam pro ſimplici & ordinata induit modulationem. in chromate conſtituens meli dieſin, pro enarmonio faciens antiſtrophon permutationem. Accitus verò ad Eleuſinæ Cereris certamen indecentem diſperſit fabulæ doctrinam. Semeles enim partus dolorem non iuſtè iuuenes docet, viſum eſſe dicimus, vt reges & ephori accuſent Timotheum, & recuperent ex vndecim chordis reſectis ſuperfluis, reliquas ſeptem: vt quilibet intuens vrbis grauitatem, caueat Spartam inferre minus rectam conſuetudinem, ne fortè turbetur ludorum gloria.* Athenæus quoque lib. 14. δειπνοσοφ. accuſatum ait Timotheum, quod veterē Muſicam labefactaret, atq; corrumperet: quemadmodum Plato, & ex illo M. Tullius 2 & 3. de legibus Muſicam mutari vetabat, quod hæc fere mutationē Reip. adferret: (vt hodie religionis immutatio; vnde tot Tragœdiæ, cædes, Rerump. interitus, &c.) Sic enim diuinus ille Philoſophus lib. 4. de Repub. εἶδος καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα. οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ ἐγὼ πείθομαι. Cumque chordas ſuperuacuas præcidere quidam paratus eſſet, oſtendiſſe Timotheum, ſtantem apud ipſos exiguam Apollinis imaginem; in cuius lyra tot eſſent fides, & eodem ſitu, & ordine porrectæ: ideoque abſolutum. Rurſum lib. 8. Polyidæ glorianti, quod diſcipulus eius Philetas Timotheum canendo viciſſet: *Miror* (inquit) *ſi ignoras Timotheum* Νόμον *candere; Philetam verò* ψηφίσματα, ludens in ambiguo, vt ego quidem accipio. *Lex* enim, & νόμος Græcis, & Muſicis modulus eſt. *Decretum* verò reſpexit quo damnatus Timotheus eſt. Ibidemque Dithyrambum de Semele Bacchum parturiente, docuiſſe refert Timotheum.

lin. 10. διθύραμβος πολὺ ἐνθουσιῶδες] *Dithyrambus* enim in Bacchi, *Nomos* in Apollinis, vt dixi, honorem decantabatur. Ille in furorem agebat, cornuaque, vt Poetæ loquuntur, addere ſolet; hic verò Muſis cùm præſit, vnde & *Muſagetes*; &

Poeticæ

Poeticæ artis auctor ſit, quietus eſt: Ille ſolutus; hic numeroſus; ille audax; hic concinnum poema poſtulat. Bacchatur in Orgiis Dithyrambus, hinc prouerbia, *διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἐλάττονα*, *Mentis minus, quàm dithyrambici habeant, habere*: *Dithyrambus non eſt ſi bibat aquam*, aliaque id genus: vide Suidam, & Zenobium in Prouerb. *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*, & Strabonem lib. 8. Geographiæ, Heliodorus libr. 2. *αἰθιοπικ.* *ἀπροσόδιον δὴ τοῦτο οὐδέν φασι πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπισωρευκλήους*. Character itaque diuerſus. *Nomos* enim, vt & vox ſonat, legibus vinctus & aſtrictus; ſolutus contra *Dithyrambus* & liber: vnde & *Lyæus*, *liberq;* dictus, & *audax*. Obſeruaui tamen commutari hæc nomina interdum ſolere, &, niſi quid iudicans fallor, confundi nonnunquam, vt & ſupra monui, & ex Ariſt. clarum eſt. Quærit enim Sect. 19. probl. quamobrem *nomi* ſine conuerſionibus à poetis ſcriberentur, cum alia cantica chororũ per conuerſiones ſtrophorum, & antiſtrophorũ, & Epodi ſcriberentur à Lyricis. Subdit: *οἱ διθύραμβοι ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δὲ εἶχον*. *Dithyrambi poſtquam imitatores eſſe cœperunt, conuerſiones non habent, antea habebant.*

lin. 14. *καὶ ἀπολυτέρους ᾗ κέχρηται λέξεσιν*]. Atqui *Dithyrambi* verba ſunt nodoſa, compoſita, tumentia, & vt Flaccus alibi, *ſeſquipedalia*: vel, vt Græci litteratores vocant, *πολύπλοκοι λόγοι*. Sic enim in Poetica Ariſtot. *τῶν δὲ ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις.* & lib. 3. Rhetoricæ: *τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί*. Hinc & *Dithyrambica oratio*, pro obſcura, Platoni in Phædro, *Ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος. τοῦ λόγου γένωμαι μὴ θαυμάσῃς. τὰ νῦν γὰρ οὐ πόῤῥω διθυράμβων φθέγγομαι.* De quibus & Criticus Dion. Halicarnaſſ. epiſt. ad Cn. Pompeium; cuius verba initio retuli. Plutarchus quoq; in vitis Sophiſtarum ſæpe *διθυραμβώδης* dixit pro *tumentia & grandia dicere*. Certè, talia mihi Nonni Panopolitani *Διονυσιακά*, & fort. Dionyſ. *Βασσαρικά* à Stephano lib. de vrbibus aliiſq; laudata, & Lycophronis Caſſandra eſſe videntur: licet Epico non Melico carmine conſcripta; adeo Dithyrambicorum, hoc eſt, compoſitorũ verborum plena ſunt omnia, vt ęgrè reddi Latinè queant: cum Græci Romanis, compoſitorum in vocibus felicitate longè antecellant. Talia & illa fortaſſe apud Latinos in elegantiſſimo illo Catulli Galliambo in Cybelen, à Cæſare Scaligero valde probata, *hederigeræ*, *heriſugæ*; & vbi *cerua ſyluicultrix*, vbi *aper nemoriuagus*. Quodq; eiuſdem, ex Vere, citat Fl. Soſipater lib. 4. Gramm.

--- *Concitum tetuli gradum*: pro *tuli*, aliaque ſexcenta. Nec compoſitis tantum vocibus, ſed & audacter traductis vtebantur Dithyrambici. Hoc adeò verum eſſe didici ex Euſtathio in illam Iliad. β auream *γνώμην*:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν.

Sic n. doctiſſimus ille interpres; *ἰστέον δὲ ὅτι παρ' αὐτοῖς εὐρυκρείον ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ ὅτι δοκεῖ εὐλόγως παρὰ Λάκωσι Ζεὺς Ἀγαμέμνων ἐπιθειάζεσθαι εἶναι, ὡς ὁ Λυκόφρων λαλεῖ.*

Ἀγαμέμνων τὸ εὐρυκρείων καὶ Ζεὺς εὐρυμέδων, εἰ δὴ ταὐτὸν εὐρυκρείων καὶ εὐρυμέδων, λέγοιτ' ἂν διὰ τοῦτο διθυραμβικώτερον καὶ Ἀγαμέμνων Ζεύς, καθ' ὅτι καὶ εὐρυκρείων.

Libet nunc& Horatium Flaccum in partes vocare, quo nemo clarius de Dithyrambis inter Latinos ſcripſit: (Græcos enim ſemper excipio, in omni re diligentiores, accuratioreſque) idque eo libentius, quod hanc odam 2. lib. 4. Carm: quæ de *Pindari* eſt Dithyramborum principis laudibus, nemo ſatis diligenter, quem quidem viderim explanarit. Venuſinus verò Pindarus ſic de *Dircæo vate*, Thebis nato, quod & Bacchi natale ſolum Poetæ fingunt:

Feruet, immenſuſq; ruit profundo
Pindarus ore
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numeriſque fertur
Lege ſolutis.

Quo loco perinde ſudant interpretes, hodie, vt qui Olympia certabant, vel ad Eurotam fluuium Laconum exercebantur: quaſi hic crucem poſteris fixiſſe Poeta videatur Hugolinus Martellius, Etruſcus, ſingulari edito libello, *τὸ audaces* ad *διανοίας*, quæ materia ſit; *noua verba*, ad *λέξεως*, quæ inſtrumentum; *numeros lege ſolutos*, ad *ῥυθμοὺς καὶ μέτρου* methodum refert: quæ tria fere in omni ſcriptionis genere conſiderari ſolent: nam & idem Horatius in arte Poetica:

Verbaq; præuiſam rem non inuita ſequentur.

Sed non ſequor: neque enim, *audaces, verba & numeri*, ita opponuntur, vt tua illa *διάνοια, λέξεις, καὶ μέτρον*: quod poſtulat illa *ἑρμηνεία*. Non me fugit Iulium Scaligerum, Pet. Victorium, & Franc. Robortellum; bone Deus, quos, & quantos viros! audaciam dithyramborum aliter interpretari. Illi ad numerorũ incertum modulum, libertatemq; carminis referunt: hic verò ad verborum nouationem traduxit: quæ duo à Flacco mox ſubiici quis non videt? Acro vetus interpres *τὸ audaces* dupliciter videtur explicaſſe; aut quia vehementiores cæteris rhythmis; aut propter verborum innouationem. Poſteriorem explanationem ſecutum video Robortellum. Porphyrio ad ſcriptum Pindari refert, quo raptus multum ſibi permiſit, & auſus hoc genere metri nouas hiſtorias canere; de qua Porphyrionis explicatione nihil poſſum exiſtimare, quando Pindarici dithyrambi perierunt. Acronis vtraq;, & illa Scaligeri, & Victorii conſentiunt naturæ dithyramborum, quam quidem ex veterum ſcriptis noſcere durum eſt. Sequor itaq; aut priorem Acronis, aut poſteriorem copulatam cum illa Scaligeri: vt *audaces* quidem dicantur, & quod ſint *καινοτόμοι*; & quod exleges & *ἄθεσμοι*. Vtrumq; enim magnæ audaciæ argumentum. Ita non erunt tria *ἀντίθετα*, vt voluit Martellius: quod nec verba Horatii præ ſe ferunt; ſed duo poſteriora, quod eſt apud omnes Græcos, Latinoſque ſcriptores frequentiſſimum, erunt ἐπεξηγήσεις prioris. Atque vtinam non in reliqua odæ parte explananda cum fugiſſet ratio.

tio. Subiicit enim: quoniam *Lyrica*, inquit, *poeſeos finis eſt laudatio*; quatuor laudationum formæ totidem verſibus proponuntur à Flacco. Sed ô felicem illum, qui potuerit τὰ πολλὰ εἰς ἓν συναθροίζειν! Fortunatos enim eos iudicat apud Platonem Socrates, qui hac facultate valerent. Cenſet ne tot, tamque varios *Odarum* Horatii iudices καὶ ἐπιγραφὰς, πρὸς μίαν φύσιν pertinere? Quid autem commune τοῖς παραινετικοῖς cùm Encomiaſticis? Illis monemus, vt plerumque Anacreon, & Horatius τὰ Ἐπικήδεια; his laudamus. At commune vtriuſque, τὸ πείθειν eſſe dicit. Ἀλλὰ τὸ πείθειν eſt finis, non Poeticæ, ſed Rhetoricæ: quem cum adhibet Poeta, Rhetoris perſonam induit. ἡ διάνοια γὰρ τῆς Ποιητικῆς ex Rhetorum fontibus petenda, vt in Poeticis docuit Ariſtoteles, Philoſophorum prope Deus. Quid præterea commune his duobus generibus cum aliis Odis? Vt cum quinta & 13. lib. 1. vt ceteras mittam, quæ longiſſimè ab vtroque genere abhorrent. Aſſentior itaque iis, qui huius Lyricæ finem proponunt, animos hominum, qui hæc legerint, audierintve, exhilarare, & leuare grauitate illa heroica; aſperitate Iambica, & Comica; & acerbitate ſenſus Tragica, atque Elegiaca: vt ad Muſicæ finem, cum qua arctiſſimum illi vinculum intercedit, quam proximè accedit. Nam & in *Epicediis*, & *Threnis*, quos canit;

--dum vires, animumq; moreſque
Aureos educit in aſtra, nigroque
Inuidet Orco.

Qui neceſſitudine aliqua defunctos attingunt, immenſum quantum in ea etiam doloris acerbitate non ſolum mitigantur, verùm etiam quodammodo geſtiunt & exſiliunt. Sed de fine ſatis ſuperque. Ad formas Lyricæ veniamus, quas quatuor eſſe ex Horatii locis elicere conabor. Vel enim Dithyrambicis verſibus homines in Dionyſiacis, & Orgiis diuino numine pleni, quaſi ἐνθουσιασμῷ rapiebantur; vel Dii, Deorum filii reges laudabantur, vt ad imitationem alii raperentur: vel res præclarè geſtæ, virtuteſque hoc carmine celebrabantur: vel denique vt fidus amor ab obliuionis iniuria vindicetur, ſtudioſe dant operam. In his ferè omnis Lyricorum opera conſumitur. Sic itaque Poeta:

Seu Deos, regeſque canit Deôrum
Sanguinem. ---- & quod inde excurrit.

Quot etiam Lyricorum argumenta 4. idem in epiſtola ad Piſones complexus eſt:

Muſa dedit fidibus Diuos, pueroſq; Deorum
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Non enim euincit Martellius, nec mihi perſuadet; fortaſſe nec aliis eruditioribus. Neque enim duo illi loci, quos inter ſe componit, quaſi

Digitized by Google

Gemini ſint, eadem volunt. Horatius certè in Odis, vt mihi quidem videtur, non eſt τεχνικός: nec ab illo exſpectandum, vt ἀκριβέστατα genera Lyricorum (quæ poeſis πολυμερεστάτη eſt, & διαφόρους ἔχει τμήματα, vt verè noſter ait Proclus) diſtinguat, & partiatur. Satis eſt illi in ea Oda aliquot genera recenſere eorũ, quæ Pindarus ſuis hymnis proſecutus erat. Hæc ſi ſpectaſſet Hugolinus, non in eos ſe errorum laqueos induiſſet, dum nimis Methodicus eſſe vult. Facit enim tertium genus Lyricæ, *res præclarè geſtas canere*. An excidit illi, vetus illud Rhetorũ præceptum, in incunabulis etiam artis bene dicendi decantatum, αἱ πράξεις κυριώτατον κεφάλαιον τῶν ἐγκωμίων: quî igitur hoc genus audet à primo & ſecundo ſeiungere? partẽ κυριωτάτην toti detrahere? Abi: exime cor, aut cerebrum homini, quæ ſpes reliqua erit? Illud a. ex epiſt. ad Piſones --- *& libera vina referre*. quod eſt planè Anacreontium, vbi legitur in oda illa de Pindaro? Sed reprimam me: nec enim illi Procli Chreſtomathiam legere contigit: cuius diuiſionem qui legerit, næ ille ἀκριβέστερον non admodum requiret. Omnis enim poeſis Lyrica, *aut ad Deos, aut ad homines, aut ad vtroſq; denique pertinet*: nam quartum idem reiicit. Horum generum formæ ſunt multæ, quarum aliquot ab Horatio, plures à Proclo noſtro recenſentur.

lin 17. καὶ τοῖς ῥυθμοῖς] Dion. Halicarnaſſeus περὶ συνθέσ. ὀνομάτων. Οἱ δὲ διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους, καὶ Λυδίους ἐν τῷ ἄσματι ποιοῦντες, καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τότε μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικάς, τότε καὶ διατόνους, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν. Ariſtoteles vero 8. Polit. c. 7. *Phrygia*, non *Dorica* indigere harmonia dithyrambos ait: Phrygius enim modus vehemens appellatur, & violentus à Luciano, hominem concitat, & in furorem accendit. Hinc & materia petita à Declamatoribus apud Fabium Quinctilianum lib. 1. c. 10. lege & de Pythagora cum modis Muſicis mutante ſimul etiam animi perturbationes, quæ πάθη Græci vocãt, apud Plutarchũ, Boethium, Martianum, & Capellam: vt & Iſchiadicos mederi tibiarum cantum apud Agell. lib. 4 Noct. Attic. c. 13.

lin. 19. τὸν Φρύγιον καὶ ὑποφρύγιον ἁρμόζεται] Malim, τῷ Φρυγίῳ καὶ ὑποφρυγίῳ. De his modis Lucianus in Harmonide: τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον. τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον. τῆς Λυδίου, τὸ βακχικόν. τῆς Δωρίου, τὸ σεμνόν. τῆς Ἰωνικῆς, τὸ γλαφυρόν. *Vniuſcuiuſque*, inquit, *Harmoniæ ſuum eſt proprium: Phrygiæ, Entheum: Lydiæ Bacchicum: Doriæ, grauem: Ionicæ, iucundum.* Ex quo, vt pleraque fabulæ Mileſiæ, eſt mutuatus Apuleius Madaurenſis, lib. 1. Floridorum: *Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis voculæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator, ſeu tu velles Aeolion ſimplex; ſeu Iaſium varium; ſeu Lydium querulum; ſeu Phrygium religioſum; ſeu Doricum bellicoſum.* De quo tibicine etiam Cicero in Bruto, Plinius lib. 16. c. 36. Val. Max. libr. VII. cap. VII. Agel. libr. XV. cap. XVII. Plura Plutarchus Comment. de Muſica, & Boethius. Muſicæ itẽ Theoreticæ princeps, Franc. Salinas, Burgenſis cœcus ab octauo ætatis anno, lib. 4. c. 11. & 13. de Muſica Latinè & eleganter conſcri-

conſcripta; poſt Ariſtoxeni Ptolemæi & in eius Harmonica Porphyrii comm. Manuelis Bryennii, & Ariſtidis Quinctiliani libros ἁρμονικῶν: quos ego auctores Græcè in Bibliothecis Italiæ & Hiſpaniæ adhuc latentes videre memini.

Ibid. τὸ Φρύγιον] Libet, priuſquam manum de tabula tollam, Æliani loco obſcuro lucem, qua poſſum, adferre ex coniectura. Interpretes enim, Venetum & Germanum rem acu non tetigiſſe video: adſcribam autem eo libentius Græcè, vt prudens Lector, quantum ſit fidei adhibendum alienis verſionibus, intelligat, dum poſſis ſine cortice, quod aiunt, nare, & ſuis, non alienis, vt cœci, oculis cernere verum: Sic enim ille lib. *13.* Ποικίλης ἱστ. c. 21. Ὅτι ἐν Κελαιναῖς τῇ ὑη-ρῇ τοῦ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν Φρύγιον ἡ δορὰ κινεῖται. ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε κωφῇ. Vulteius, Germanus ſic reddidit: *Si Apollini, vel ad Apollinem; quieta, mutaq́ videtur pellis.* Iac. Laureus Venetus: *quaſi qui ad Apollinis ſimulacrum concinit Phrygium modum, immobilis ſit & muta.* Repperit autem Marſyas Phryx Phrygios modos Muſicæ, Geminuſq; tibias: vt Lydios Amphion; & Doricos Thamyras Thrax: auctor Plinius lib. *7.* c. *56.* Reſpexit verò Ælianus, niſi fallor, ad Marſyæ Phrygis pellem, qua illum Apollo cantando victor excotiauit: Ouid. 6. Metamorph. & Appuleius initio Floridorum. Ille itaque Apollinis *delubrum*, hic *ſimulacrum* animo concepit: ego vero, pace illorum, Muſicos modos comparari exiſtimo: *Phrygium* nimirum, & quo pæana Apollini accinebant: eſtque de ἀντιπαθίᾳ ſermo: qua & aquilarum plumæ auulſæ, cæterarum auium pennas conſumunt: & tympana ex pelle ouina, ad corii lupini conticeſcunt. Variis autem modis *Paana*, & *Dithyrambum* accini ſolere, vnus Plutarchus docebit, lib. de inſcriptione particulæ Ει. pro foribus templi Delphici, his fere verbis: *Qui animos recordari, ſtatiſq; temporum curriculis in vitam redire arbitrantur, ænigmata, & fabulas his Dionyſii mutationibus accommodatas prætexunt, & canunt huic Deo dithyrambica plena turbarum.* &c. *Clamoſum*, inquit Æſchylus, *fas eſt dithyrambum pedem conſequi, comitem ſociumq́; Dionyſii, Apollini verò pæana modificatam ſobriamq; cantionem.* Et mox: *In eo ſeruant etiam æquabilem tenorem, altero anno dum ſacrificia celebrant, pæanibus vtuntur: ineunte hyeme concitant dithyrambos, pæana ſupprimentes*, hæc ille. Sed emerſimus iam tandem ex hoc pelago dithyrambico, & ſcopulos enatauimus: in quo hic fortaſſe conſecuti, ſecuri ſaltem ſumus, vt rem à nemine tractatam, explicaremus in Proclo: (quæ nemo de hac ipſa re, aut copioſius, aut apertius) vel ſuppeditaremus ea, quæ alii maiori otio, & librorum copia abundantes, augere facile queant, & quaſi calamiſtris inurere.

lin. *20.* καὶ συστήματα] Retinui vocem Græcam: quamuis non ignorem Boethium, *conſtitutionem* reddidiſſe: eſt enim artis vocabulum, à Latinis, vt pleraq; alia, retentum. Atq; vtinam id genus plurima, vt & in Geographicis, vocabula reliquiſſent Græcè, potius, quàm ineptè conuerſa venditaſſent. Sed venit in mentem; & Photio eidem opem ferre, qui interpretis vitio, quantum conijcio, malè acceptus eſt, in Synopſi ſeptem Conciliorum generalium, vbi legitur ini-

tio *Hoſius Cordubæ Epiſcopus*: Nicænæ enim primæ Synodo interfuit. Vulgo malè legitur, *Pius Cordumbres Epiſcopus.* Innumera id genus in mundo ſunt; ſed Photio debui hanc operam.

lin. 31. Ἀδωνιάζω] De *Adonide* Veneris amaſio Eidyllium eſt Theocriti 15. quod inſcribitur Ἀδωνιάζουσαι. Rurſum legitur ex 30. Eidyllio in mortem eiuſdem, Anacreontio carmine:

Adonidem Cytherea
Vt vidit interemptum. &c.

Meminit & 19. Eidyllio, in Epitaphio Bionis, quod Moſcho verius attribuitur, quàm Theocrito:

— & Cypris amauit
Pluſquam quæ caro dedit oſcula nuper Adonidi,
Illo quo iuuenem morientem contigit ore. Item 24.
Et Venus in ſiluis formoſum ſeruat Adonim;
Extinctum in ſiluis eadem deplorat Adonim.

Hanc & inter lactucas collocaſſe Adonim refert Athenæus libr. 2. δειπνοσ. quod de Phaone tamen Lesbia Ælianus prodidit lib. 12. var. hiſtor. c. 18. qua de re & And. Alciati I.C. doctiſſ. emblema elegans circumfertur. Fulgentius Mytholog. lib. 3. *Suem quoque ob cædem auerſari, poetæ fabulantur, ſiue Martem Zelotypum:* Sic enim lib. 41. Dionyſiacôn Nonnus Panopolita canit:

Mars quia Zelotypus, ſpeciem ſuis improbus olim
Mentitus, pulcrum lethali vulnere Adonim
Confecit. &c.

Verſus eius adferre non pigebit. verſu 206: βιβλ. μα΄.

Πᾶσι μὲν ἀμφελέλιξε γεγηθότα κύκλον ὀπωπαῖς
Πᾶσιν ἐμοῖ, μούνῳ δὲ συῶν οὐκ ἤθελε λεύσσειν
Τερπωλὴν, ἀπεμάστις, ἐπεὶ συὸς εἰκόνι μορφῆς
Ἄρης καρχαρόδων θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλων
Ζηλομανὴς ἤμελλεν Ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.

Quibus etiam lucem attulit doctiſſimus Politianus Miſcellaneorum cap. 11. Exſtat Romæ marmorea inſpectio, in ædibus Cl. V. Tiberii Ceuali, in qua ſculptus Adonis, recens ab apro vulneratus: & miniſter prope aſtans cum ſpongia, qua admota vel ſanguinem ſiſtat, vel femur detergeat, vt & Tom. 1. Annal. Eccleſ. Baron. Card. adnotauit, & nos pluribus de Adonidiis apud Ezechiel. obſeruationum ſacrarum libris.

lin. 34. πολλῷ φρεάγματι] Leg. omnino φρυάγματι. Natum mendum, vt innumera alia in Græcis Latiniſq; auctoribus, ex deprauata pronunciandi conſuetudine, qua η & ι & υ eodem ſono male efferuntur. Erat autem hic geſtus Bacchantium in Dionyſiacis, & Orgiis, anhelitu quodam rapi, caput iactare, & comam rotare; *Io, Io*, ingeminando: quod vel ipſa bacchantis voce ſignificari notum eſt, plenaq; omnis antiquitas. lin. 35.

Digitized by Google

lin. 35. ὑπόρχημα δὲ] Saltationis varia genera Lucianus περὶ ὀρχήσεως enumerat, & Pollux. In his *Caſtorion* numerat Pindarus, carminis genus ὑπορχηματικὸν, rhythmo Æolico conditum: à Caſtore & Polluce ſic appellatum, qui & ipſi ſaltarunt, vt & pugiles fuerunt. Mineruæ attribuit Epicharmus, quæ armata præcinuerit, Caſtoriumq; cecinerit: vnde & Lacones in bello tibiis vſi putabantur. *Pindari* autem aliquot id genus carmina, quæ ſaltando in choreis canerentur, citant eius interpretes ſimul & Ariſtophanis: item Erotianus. Legendus Iulius Cæſar Scaliger, lib. 1. Poeticæ c. 47. poſt Athenæum lib. 14. δειπνοσοφ.

lin. 38. Κουρῆτας] De Curetibus, ſeu Corybantibus, & Cretenſibus, à quibus Iupiter nutritus dicitur in fabulis Poetarum, multa Strabo libr. 10. Geograph. Pyrrhichiam ſaltationem, ἐνόπλιον, hoc eſt, armatam reperiſſe: ἐνθουσιασμὸν quoque, & ritus ceremoniarum. De his & Diodorus Siculus lib. 4. & 6. Bibliot. & Plinius lib. 7. c. 56. ἐνόπλιον à Pyrrhicha diſtinguere videtur: *Saltationem*, inquit, *armatam Curetes docuere; Pyrrhichen Pyrrhus*: vt & doctiſſimus Budæus in Pandec. annotauit. Lege & Iacobi Dalechampii in Plinium annotat. lib. 7. c. 56. & Pindari interpretem in εἰδυλ. β. πυθίων. Oppianus initio libr. 3. κυνηγετικῶν in leones conuerſos à Saturno Curetas, Iouis altores fabulatur repugnantibus reliquis poetis. Eleganter vero Dionyſius Halic. extremo lib. 7. quem ſic Gelenius cõuertit: *Saltatorum habitus erant tunica Punicea balteis æreis aſtricta, gladiis dependentibus: geſtabantq́; breuiores mediocribus lanceas. Viri verò etiam æreas galeas criſtis pinnatis inſignes. Quemq; chorum præcedebat vnus vir, qui præibat cæteris ſaltationis formulas: vnus item militares, ac concitatos præcinens modulos rhythmis plerumq; proceleumaticis. Id genus exercitii apud Græcos olim cumprimis erat celebre, armata ſaltatio quæ vocatur Pyrrhica: ſiue id Mineruæ inuentum eſt, quæ poſt deletos Titanas in lætitia victoriali fertur prima ſaltaſſe armata, choreaſq; duxiſſe: ſiue prius etiam inſtitutum à Curetibus, dum infantem Iouem mulcerent armorum ſonitu, concinniſq; geſticulationibus, vt habent fabulæ. Quam morem priſcis Græcis familiarem fuiſſe indicat Homerus, cum aliàs ſæpe, tum in cælatura clypei Achillis à Vulcano donati.*

lin. 39. καὶ πυῤῥίχην] De ſaltationibus *Pyrrhichiis* Euſtathius in Homerum, non ſemel, & Athenæus lib. 14. ad Cretenſes refert. Κρητικὰ vocat, & Homerus, ad Merionem refert, qui Cretenſis erat. Meminit & Herodianus lib. 4. hiſtoriæ Auguſtæ, vbi de Imperatorum ἀποθεώσει. Callimachus hymno in Iouem & ibi Germanus interpres, Lucret. lib. II. de Curetibus. Strabo lib. x. Solinus cap. 17. Apul. lib. 10. Metam. Tacitus XI. Annal. & de Germania Sueton. Cæſare, & Xiphilinus. Polydor. Virgil. lib. II. cap. 13. de inuentorib. Leonicus libr. I. var. hiſt. cap. 87. Eraſmus in Adagiis. Hieron. Mercurialis de arte gymnaſtica. Phrynichus poeta πυῤῥιχισταῖς edita tragœdia, adeo placuiſſe legitur, vt ab Athenienſibus belli Dux, vt & Tyrtæus vates alius ſit delectus: auctor Ælianus lib. 3. c. 8. Idem tamen lib. 13. eiuſdem var. hiſtor. c. 17. in exſilium ab iiſdem Athenienſibus actum poetam refert, dum Mileti obſidionis fabulam ageret. Sed locus eſt

depravatus. Ἀ'ελθμὸν σφηκῶν πλήσαι φρυνίχου. Emendandum primus vidit Paul. Leopardus, Belgarum ingens in litteris decus, Ἀ'ελσοφαίνης σφηξίν. Πτήσαι φρυνίχου, ὥς τις Ἀ'λεκτρυών lib. 2. Emendat. c. 12. Conſule Ariſtophanem in Veſpis, eiuſque Scholiaſten. De *Pyrrhichio* Marius Plotius de Metris editus; ſic ſcribit: *Pyrrhichius pes ex duabus breuibus conſtat, temporum duûm, vt* HERVS: *qui à Pyrrhicha luſus genere nomen accepit: quia hoc ſono milites vſi ſub armis per ludum, vt ait ille, ciebant ſimulacra pugnarum. Ipſa tamen Pyrrhicha dicta eſt à Pyrrhicho Cydonio, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad huius pedis ſonum inſtituit. Alii dicunt à Pyrrho Achillis filio, quem primum ad tumulum patris ſui armatum honoris gratia ſaltaviſſe [ferunt.] Ariſtoteles autem Achillem ait huius luſus inuentorem fuiſſe. Quibuſdam placet ab ardore, id eſt, à velocitate ſui ſoni nomen accepiſſe hunc pedem,* ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt, *à flamma. Cognatus enim ſenſus ardoris ac velocitatis eſt: vnde,* Inſtant ardentes Tyrii, *id eſt, feſtinantes. Et,* Ardet abire fuga, *id eſt, feſtinat.* Hactenus ille.

lin. 40. ὁ Ἀπινίκιος] Tale mihi illud carmen fuiſſe videtur, 1. Reg. 18. quod egreſſæ mulieres ex vrbibus Iſrael Dauidi victori, cæſo Goliath immani Gigante cecinerunt; choros ducentes, in tympanis lætitiæ, & ſiſtris; dicentes: *Percuſſit Saul mille; & Dauid decem millia.* Legiturq; & mox c. 21. & 29. & Eccleſ. 47.

pag. 10. l. 2. τὸ δ' Σκολιὸν μέλος] Σκολιὸν carmen, ſeu obliquum, in cõuiuiis canebatur, in laudem præſtantium virorum, qui pro Repub. cecidiſſent: vel virtutis aliquam ſaltem prædicationem continebat: idq; ad cytharam: quam ex Catonis originibus Cicero 1. Tuſcul. & Fabius libr. 1. in Græcorum conuiuiis obambulare ſolitam aiunt: nec ἀφεξῆς, hoc eſt, *ordine* per triclinia accumbentium, ſed ἐναλλὰξ, id eſt, *per ſaltum* arbitratu eius qui proximè cecinisſet. Canebant autem vel Simonidis plerumq; , vel Steſichori odas. Et myrteum ramum manu tenentes, cum Æſchyli verſus; vel laureum termitem, dum Homericos accinerent. Ab hoc ordine implexo, Σκολιὰ dicta, διὰ τὸ πολυκαμπὲς τῆς περιόδου. Hæc ferè ex eruditis Ariſtophanis enarrationibus ſimul & Plutarchi Sympoſiacis conuertimus: quorũ & hic lib. de Muſica, Pindari auctoritate, *Scholii* inuentionem *Terpandro* tribuit. Exſtarent qui de *Scholio* olim conſcripſere, magnam nobis in his tenebris lucem attuliſſent. Tyrannionis enim C. Cæſaris iuſſu, liber conſcriptus olim exſtitiſſe fertur. Didymus quoque χαλκέντερος ille, συμποσιακὰ conſcripſerat, quorum tertius liber varia de Scholii etymo continebat, vt refert Etymologici auctor. Scripſit & Ion Chius τὰ σκολιά: Origenes item, in quæ obſcura & perplexa coniecerat. Scholion de Admeto Theſſalo, cuius Alceſtis notæ, & fortitudinis, & pietatis in coniugem, vxor fuit, exſtat hodieq; apud Euſtathium in Iliad. β'. & Ariſtophanem in Veſpis, & Gruibus, eiuſq; interpretes. Item de Harmodii ſcholio, qui cum Ariſtogitone, interfecto Hipparcho, Piſiſtratidarum tyrannidem conuellit, idem meminit in Acharnanenſibus, & in Athenæum explicat Caſaub. lib. xv. cap. xiv. & xv. Omitto nunc Scholia, quæ apud Platonem in Gorgia leguntur, de tribus vitæ bonis, valetudine, fortitudine, &

Digitized by Google

ne, & diuitiis: & Timocreontis Rhodii in opulentiæ deteſtationem, apud Suidam: aliaq; apud Euſtathium Iliad. *δ.* quæ olim ſunt accuratè collecta ab Adr. Iunio, lib. 3. Animaduerſ. cap. 7. ſed nondum viderat ille fragmentum illud ingens Athenæi, libri 15. *δειπνοσ.* quod primum eſt ex Italicis Bibliothecis editum noſtra memoria à Gul. Cantero familiari olim noſtro, in Nouis Lection. lib. IX. in quo multa, & præclara de *Scolio*: legiturq; nunc Latinè etiam, in Athenæo Iacobi Dalechampii integro. De *Scolio* lege & Suidam, & Euthymium prolegom. in Pſalm. Dauidis: Chiliaſtem item Batauum non vno in loco. Ceterum *Scolio* ὄρθιος νόμος opponi videatur, ſi nomina tantum ſpectes: at ſi vim & notionem nomini ſubiectam, non item. Nam ὄρθιος νόμος, vt ſcribit Iul. Pollux lib. 4. cap. 9. à genere rhythmi nomen duxit, vt ὁ τροχαῖος. Erat autem *rhythmus Orthius* ex tetraſema arſi, & octoſema theſi compoſitus, vt docet Ariſtides Quinctilianus in Muſicis: at νόμον σκολιὸν non legi, μέλος σκολιὸν legimus. Sed etymon illius ex genere rhythmi nullus, quod ſciam, tradidit. Quanquam memoria teneo amphibrachym pedem apud Diomedem *Scolion* nominari, à genere quodam citharæ *Scolio* nominato, vt idem prodidit, cui habiliter componebatur. Poteſt autem fieri vt *citharam* pro melo, quod fit cithara, vſurpauerit. Et videtur ſanè amphibrachys ſæpe interpoſitus in illis ſcoliis quæ leguntur apud Euſtathium ἐν τῷ η' Ὀδυσσείας. Si quis appendat, hac ratione fieri poteſt, vt *Orthius rhythmus* repugnet *Scolio*. Orthius enim nominatus, vt voluit idem Ariſtides, διὰ τὸ σεμνὸν τῆς ἀπαγγελίσεως τε καὶ βάσεως: vt in Orthio ſit grauis geſtus, & inceſſus; in Scolio verò leuis, qualis ab onuſtis vino poteſt expectari.

l. 9. διὰ τὸ περικεκλημμένων] Quid ſi legas, ἀλλὰ διὰ τὸ τῇ περικεκλημμένων: & mox linea ab hinc 12, ἕκαστον αὐτῶν ἀκροσφαλῶς συγκύπτεσθαι. Et ſuprà paulò, locus quoque mutilus: ὡς ἐπίπαν; addendumque fortaſſe τὸ vel τοῦτο γὰρ κατ' ἀντίφρασιν ὡς ἐπίπαν τοῦ εὐφημισμοῦ στοχάζεται. De antiphraſi autem Seruius, Fabius, Priſcianus, Diomedes, Donatus, Auguſtinus, Dathus, & Franciſcus Sanctius in Paradox.

lin. 20. καὶ τὰ ἐπιθαλάμια] Heſiodus Epithalamium ſcripſerat in Peleum, & Thetim: ex quo Iſacius Tzetzes prolegom. in Caſſandram Lycophronis, hos verſus protulit:

> Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
> Ὅς τοῖς δ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.
> *O ter felicem Pelida, quaterq; beatum*
> *Pelea, qui thalamos ſcandis ſacer ædibus iſtis.*

Idem alibi laudat, & hæc Agameſtoris (ſiue *Agametoris* legendum eſt) Pharſalii ex Pelei, & Thetidis Epithalamio, de Achille: quod argumentum æmulatus ſit & Catullus: [*pag. 38. Oporini.*]

> Παιδνῷ δ' οὔνομα θῆκε πυρίσσον, ἀλλ' Ἀχιλῆα
> Πηλεὺς κίκλησκε χεῖλος ἕνεκά μιν.
> *Puero verè nomen impoſuit Pyriſous:*

Digitized by Google

Sed Achillem Peleus vocauit labii cauſa.

Hos, vel alterutrum, imitatum credo, viciſſe fortaſſe Catullum inter Latinos, eleganti illo *Epithalamio, de nuptiis Pelei & Thetidis*. Scripſit & Lucianus lepido dialogo: Inter Eidyllia Theocriti 18. eſt *Epithalamium Helenæ*: quod & Steſichorum antea ſcripſiſſe Scholiaſtes ibi admonuit. Sunt & Latinorum hodie in manibus, Statii Papinii in Siluis, & Claudiani *Epithalamia*: legeſque vt & aliorum Poetarum, Dion. Halicarnaſſ. tradidit.

lin. 24. Τ' μβυαίε τῦ Τερψιχόρης] Quidam Muſis, γϑνικῶς, natum *Hymenæum* canunt. Claudianus in Epithalam.

Hunc Muſa genitum, legit Cytherea, ducemque
Præfecit thalamis. - -

Et Mart. Capella:

Tu quem pſallentem thalamis, quem matre Camœna
Progeniem cohibent copula ſacra Deûm.

Clius filium alii, *Vraniæ* Catullus, *Aſclepiadis* verò Calliopes, & *Apollinis*, *Bacchi* verò Seneca Tragicus in Medea: ſed non eſt tanti, nec in eo poſitæ ſunt fortunæ Græciæ, vt ille ait.

lin. 25. ἀφαυῆ γϑνέαδαι] Sunt, qui nuptiarum die ruina domus oppreſſum interiiſſe narrent; & expiationis cauſa in nuptiis nomen frequentari cœptum. De hoc mortis genere exempla aliquot Hieron. Magium collegiſſe memini lib. 3. Miſcell. IV.

lin. 28. ἀφελέαδαι κόρας Α'τθικὰς] Refert hanc hiſtoriam Luctatius Grammaticus, ſiue is Lactantius eſt appellandus, in 3. librum Thebaidos Statii, Atticas virgines dum ſacris Cereris Eleuſinæ operarentur, à piratis captas: in his & *Hymenæum*; qui & inter illas muliebri habitu, amori vt indulgeret, verſabatur. Poſt à perſequentibus, ſomno captos piratas interemptos: *Hymenæum* verò, qui nuncium Athenas attuliſſet, quam adamaſſet, præmii loco petitam, accepiſſe. Quæ nuptiæ, quia feliciter ceſſerunt, placuit Athenienſibus nomen illud boni ominis gratia, in nuptiis inuocari: vt apud Romanos ex non diſſimili euentu, *Thalaſſionis*. Seruius verò Honoratus in 1. lib. Æneid. & in Adelphos Terentii Donatus, & Io. Tzetzes Chiliade XIII. aliter paullò; *Hymenæum* ipſum raptores piratas, ſomno oppreſſos, interfeciſſe referunt.

lin. 33. εἶον ὑμβυαίειν] Α'πὸ τῦ ὁμῦ ναίειν, à coniunctiſſima viri & vxoris habitatione. Alii ἀπὸ τῦ ὑμλυ, quæ membrana Græcis etiam ὑγιον dicta, quæ ſoluitur,

--- *audet*
Dum ſponſus zonam ſoluere virgineam.

Illud memorabile apud Ælianum lib. 12. Hiſtoriæ animalium cap. 44. ex Euripide paſtores Hymenæos ad tibiam canentes, equas ad Venerem incitare; atque etiam equos ad ineundas feminas incendere.

lin. 35. Σίλλ@- πεφασμβύως] Sic lego quaſi *apertè* dicas: legitur tamen in Etymologico,

logico, vbi eadem reperias, πῳεσμῷ. *Sillus* autem ſpecie Comicæ poeſe. s ab aliis vocatur. Carmen erat maledicentiæ plenum, & conuiciorum: mordax nimis, & amarulentum, quale Timon σιλλογράφος (nam alius hic à μισανθρώπῳ eſt, Laertio, Luciano, & Suida) & Xenophanes cōſcripſerunt, quæ citantur nō rarò ab eodem Diogene Laertio, Sex. Empirico, Suida, & aliis. Mnaſeas quoque apud Athenæum; Tu vide Euſtathium in β' Ιλιαδ. vbi de Therſite, à quo primum hoc carminis genus deridendo natum putant. Ammianus Marcellinus lib. XXII. extremo Didymum, Sillographos imitatum, in Ciceronem libros ſex conſcripſiſſe ait. Nomen autem deriuat Pollux, Suidas, & Euſtathius, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν τοὺς ἰλλοὺς, *oculos irridendo mouere.* Alii ἀπὸ τοῦ σιλλῶ, quod eſt, *irrideo, cauillor.*

lin. 36. καὶ λοιδορίας] Græci etiam μυκτῆρας appellant, vt Latini poetæ *Naſum* pro *irriſione.* Sed de hac voce nos agere memini in Notis ad Senecæ Rhetoris Suaſoriam primam; qui locus haud dubiè deſumtus ex Ciceronis epiſt. 19. libri ad famil. 15. Addam alterum ex Eunapio Sardiano: Sic enim Libanii vita: Καὶ ὁ πᾶσι τοῖς Συροφοίνιξιν ἔχουσι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον, τοῦτο παρ' ἐκείνων λαβεῖν μετὰ παιδείας ἔξεστιν· οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἅλισμον αὐτὸ καλοῦσι. *Affluit & lepos, ac grata iocunditas, cunctis Syrophœnicibus in vulgari colloquio peculiaris: (Attici Naſum, & ſales vocant:) quæ dos præter eruditionem peti à Labiano poteſt.*

lin. 37. ὁ θρῆνος] *Threnos*, & *Nænias* ſcripſit Simonides: ſed longè illo prior Hieremias, vates diuinus: quos Eccleſia catholica mater noſtra, anniuerſario ritu eo tempore lugubri voce decantat, quo Saluatoris noſtri mortem cum lacrymis piè religioſeque colimus, *Priores duo ordines Sapphico metro decurrunt; reliqui Alphabeti Hebraici litteris ἀκροστιχῶς diſpoſiti ſunt*, ait D. Hieronymus Præfat. Comment. in Lamentationes Hieremiæ. Item Epiſt. 103 ad Paulinum. Eidem in Iob præfatur, qui & ipſe *Threnos* ſcribit, & numeris poeticis decurrit. Gregorius quoque cognomento Theologus *Threnos* carmine Elegiaco dedit, pios iuxta & elegantes. De *Threnis* verò, & *Nænia*, & *Hymenæo*, Iulius Scaliger lib. 1. Poeticæ, cap. 50. eiuſque filius Ioſephus, in Sex. Pompeium Feſtum, & Catullum.

Lead. τοῦ ἐπικηδείου] Ἐπιτάφιον iidem Græci vocant: cuius & præcepta Dionyſius Halicarnaſſeus in Rhetoricis tradidit: & pro funere viros fortes, beneque de Repub. meritos laudari ſolitos, etiam matronas illuſtres laudatas, auctor eſt Plutarchus Poplicola, & Cæſare; ac Tranquillus. Cauſam verò reddit T. Liuius lib. 5. ab vrbe condita: qui & his laudationibus factam eſſe hiſtoriam Romanam mendoſiorem, extremo lib. 8. ait, ex Ciceronis Bruto; quos hic legendos cenſeo. *Epicedion* autem *Bionis* exſtat in Theocriti Eidylliis, quod ad *Moſchum* potius auctorem refertur: meminit enim ibi Theocriti. Alterum item Adonidis, 23. Eidyll quod & ipſum *Bioni* poetæ Bucolico, ademptum Theocrito adiudicandum Critici cenſent: meminit enim τοῦ Ἀδώνιδος φιλήματος

Digitized by Google

τούτῳ Ἐπιταφίῳ, τοῦ καὶ πρότερον ἐν τῷ εἰς Βίωνα. Eſt & Ἐπιτάφιος λόγος Demoſthenis, quam licèt agnoſcat Plut. abiudicat tamen Halicarnaſſeus de graui dicendi genere Demoſthenis. Et M. Tullius extrema 14. Philippica in funere veteranorum legionis Martiæ perorauit. Et Philippica 9. de ſtatua Ser. Sulpicio in legatione mortuo collocanda. Grylli item Epitaphium, & Encomium ſcripſiſſe plurimos, vt patri gratificarentur, Ariſtoteles ait in Xenophontis vita apud Laertium. Hinc *Siti* dicuntur mortui: & *Siticines* in Agellio ex M. Catone lib. 20. cap. 2. vnde & illud: *Hic eſt ille ſitus*, apud Cicer. 2. de legibus, & eiuſdem de Republ. libris. Seneca epiſt. 109. de Scipione Africano:

Hic eſt ille ſitus, cui nemo ciui' nec hoſtis,
Quiuit pro factis reddere opræpretium.

Ad quem locum Hieronymus Columna Nobilis iuxta ac doctus plura adnotauit in Ennianis fragmentis.

p. 11. l. 4. Κατῴκησαν Ἄρνην] Pauſanias Bœotic. extrem. Lebadenſibus proximi ſunt Chæronenſes. Eorum vrbs olim *Arne* eſt appellata. Filiam Æoli *Arnem* fuiſſe dicunt, à qua vrbs altera etiam in Theſſalia *Arne* fuerit nuncupata. Idem in Arcadicis fontem nominat, ab agnis (ἄρνας Græci vocant) ducta appellatione. Porrò pro ἰώων leg. videtur τῶν Κώων. Ait enim Iſacius Tzetzes in Lycophronem, *Arnem* Bœotiæ vrbem *Coon* dictam. Addit igitur hoc vt *Arnem* Bœotiæ diſtinguat ab *Arne* Arcadiæ fonte.

lin. 10. τοῦ μέλανος ποταμοῦ] Idem Pauſanias in eadem Bœotia, ab Orchomeno ſtadia ſeptem, Herculis templum oſtendi, vbi *Melanis* fontes oſtendantur, ſcriptum reliquit: qui fons & ipſe in Cephiſſidem influit. Rurſum & in Arcadia, frigidæ aquæ *Melas fluuius*, qui præter Sidam Pamphiliæ decurrat.

lin. 35. Ἰφικρατίδας ὑπ'] *Iphicratidarum*, quod eſt Atticum calceament' genus, ab Iphicrate, ſutore patre nato, (nam & Harmodius illi generis ignobilitatem obiecit, in Rhetoricis Ariſtot.) meminit præter Pollucem, & Suidam ex Damaſcii hiſtoria Philoſophica, Diodorus Siculus lib. 15. Bibliothecæ: Ἰφικράτης τὰς ὑποδέσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε τὰς μέχρι τοῦ νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας.

lin. 37. κλάδους πρὸς ἱκετηρίαν] Εἰρεσιώνη Græcis dicta, de qua non exſcribo, quæ in Theſeo Plutarchus, Clemens Alexandr. initio libri IIII. Στρωματέων, Strabo lib. 1. Geograph. Suidas, Euſtathius in xx. Iliados, Ariſtophanis interpretes & Herodotus in Homeri vita. Vt autem palma victorum erat, ſic oleæ rami ſupplicum. Virg. VIII. Æneid.

—ramos prætendit oliuæ.

& aliis pluribus locis. Mos hic Palæſtinorum; vt Chriſto Hieroſolymam inuecto, occurrerent acclamantes, cum ramis palmarum, vt victori, & oliuarum, vt ſupplices. Sic enim explicat Dorotheus Serm. 15. fuit & Græcorum. Liuius lib. 29. ab vrb. c. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore & ſordibus, in comitio ſedenti-*

Digitized by Google

dentibus coſſ. velamenta ſupplicum, ramos oleæ, vt Græcis mos eſt, porrigentes ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. D. Hieronymus aduerſus luciferianos; *tu pacem cum ſcuto petis, & nos oliuæ ramum gladio inſerimus*, prouerbii ſpecie dixiſſe videtur. De palma victoriæ ſigno in prodigiis pugnæ Pharſalicæ in Trallibus è pauimento prodeuntis refert Cæſar lib. 3. belli ciuilis.

lin. 39. Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου] Huius Dei ſacerdos κυρίως, δαφνηφόρος, hoc eſt, *Laurifer*, cognominabatur: quem forma & genere inſignem quotannis ſacrabant: qui à colle *Iſmeno*, ad dexteram Thebarum portam ſic dictus eſt. Pauſanias in Bœoticis. Stephanus verò, lib. de vrbibus ab Iſmenio flumine & Heſychius, appellatum tradunt.

lin. ead. Γαλαξίου] *Galaxius* Apollo, à Galaxo Bœotiæ loco: de quo Plutarch. libello cur Pythia oracula reddere deſierit. Sic *Iſmenius* hic ante dicitur ab Iſmenio colle vel Iſmenio flumine Bœotiæ.

p. 12. lin. 2. Πανάκτον τῆς Βοιωτίας] Stephano ex Androtione caſtellum eſt Atticæ, vt lib. 1. Pauſaniæ, non procul Salamine.

lin. 13. λευκὰς ψήφους] Candida enim creta fauſta ſignabant veteres: atro colore infauſta. Iuuenal.

Hanc Macrine diem numera meliore lapillo.

Et Athenienſes reum morti adiudicaturi, calculo ſuo inſcribebant Θ. indicantes eum eſſe θανατωτέον: vt Romani C littera condemnabant, teſte Aſconio Pædiano. Hinc prouerbii ſpecie Lucianus in Apolog. λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, apud Chiliaſten Eraſ. vide & Ouid. 15. Metamorph. Perſius Satyra 4.

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Martialis lib. 7.

Noſti mortiferum Quæſtoris Caſtrice ſignum?
Eſt operæpretium diſcere Theta nouum.

Et Auſonius:

Tuumque nomen Theta ſectilis notet.

lin. 22. ἐστολισμένοι] Stola indui ſolere in his ludis, etiam Etymologus, qui pleraque id genus ex Proclo transſcripſit, auctor eſt.

lin. 26. Ἄρξαι δὲ Θησέα φασί] Plutarchus in Theſei vita id confirmat de hac apud Athenienſes celebritate Oſchophoriorum: ſcribitq; ὠσχοφόρια per ω in prima ſyllaba: vt & variè Lexicographi Græci; Iulius Pollux, Heſychius, & ex Philochoro & Hyperide Harpocration. Nonnullis etiam, niſi librariorum, vt fit plerumque, vitium id eſt, ὀσχοφορία, paroxyt. Pleriſque enim proparoxytonum eſt: ὀσχοφόρια. Theophilus, vt & Proclus noſter, παρὰ τοῦ ὄσχου, hoc eſt, *vua & pampinis* deriuat. *Oſchophorion* item locus Athenis, in quo Dianæ fanum; non procul à Phalero, vbi Mineruæ Sciriadis templum fuit, auctore Heſychio, Nicandri interprete in Alexipharm. & Etymologici auctore: qui & ſtola indui ſolere feſtis illis diebus operatos ait: nam quod ἰσχοφορία in eo vulgo legitur,

apertum mendum eſt. Callimachi verſus, qui in extremo in Delum Hymno leguntur, huc tranſtuli:

Δή ποτι καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα
Κύπριδος ἀρχαίης ἀριήκοον. ἣν ποτε Θησεὺς
Εἵσατο σὺν παίδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει.
Οἱ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου,
Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ
Κύκλιον ὠρχήσαντο. χοροῦ δ᾽ ἡγήσατο Θησεύς.
Ἔνθεν ἀειζώοντα θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ
Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήια νηὸς ἐκείνης.

Tum ſtatua eſt multis preſſa & curuata coronis
Cypridis antiqua celeberrima: Theſeus olim
Quam tulit, in patriam reducem cum Creta remiſit
Cum pueris, qui cum fugiſſent ſemina fœda
Paſiphaes, curuumq́ ſolum flexi Labyrinthi,
Circum aras veneranda tuas duxere choreas,
Succenſi cithara, choreæ ſed Theſeus auctor:
Vnde æterna ſolent ſacrataq́ munera Phœbo
Mittere Cecropidæ ſacra inſtrumenta carinæ.

lin.30. τὴν Δίαν] *Diam* Stephanus inſulam & vrbem Peloponneſi agnoſcit: & quatuor cognomines: vnam, quæ & Naxos; alteram iuxta Miletum; tertiam iuxta Sarmoſſum: quartam ad Cnoſſum Cretæ. Vide Gloſſar. vetus.

lin.34. τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σκιράδος] Minerua cognominata *Scirias*, aut *Sciras*; idque à Sciro, vate Dodoneo, qui vetuſtiſſimum eius Deæ templum condidit; vnde & Atticæ loco nomen datum: vt refert in Atticis Pauſanias. Σκιρράδος duplici ρ eſt in Ath[e]næo lib. 11 Σκιράδος ſingulari canina littera in Schol. in Alexipharm. Nicandri. Et Heſychius Σκίρας, inquit, ἡ Ἀθηνᾶ. Harpocration vero: Ἀθηνᾶν Σκιρράδα τιμῶσι Ἀθηναῖοι. Strabo quoque lib. 9. Geograph. de Attica, *ab Heroum quorundam nominibus Sciras*, inquit, *& Cyrchica dicta: vnde & Minerua Sciras appellata*. Eadem ferè Stephanus de vrbibus.

lin.37. ἐκ τῆς πενταπλῆς] Hic *Cinnus* erat, ex oleo, vino, melle, caſeo, & hordeacea farina: quæ ſingula myſticè deſignabant aliud: de hoc verſus leges ſuper Eireſiona, hoc eſt, oleæ ramo lana coronato. In Theſeo Plutarchi, qui & initio quarti Stromatum apud Clementem leguntur. Lege & Homeri carmen apud Herodotum in vita eius, Ariſtophanem, eiuſque interpretem doctiſſimum locis aliquot, Suidam, Euſtathium item in fine 20. Iliad. Fauorinum & alios.

p.13. l.1. Εὐκτικοὶ δὲ] *Hymnorum* ſpecies ſunt Menandro Rhetori Laodicẽſi Εὐκτικοὶ, hoc eſt, *precatorii* ſeu *votiui*, qui tenuem quandam deprecationem continent,

nent, ſine aliis orationis partibus: & Ἀπευκτικοὶ contra, quibus contraria imprecamur. Vide Lud. Cœlium lib. 7. c. 5. Antiq. lect.

lin. 5. Ἀποστολικά] Cum de aliquo ad alium ſcribimus. Huiuſmodi multæ extant hodieq; epiſtolæ verſibus dictatæ lib. 7. Ἀνθολογίας Epigramm. Græcorum. Tale putatur Eidyllium ſecundum Iſthmiorum Pindari: Sic enim nos monet Scholiaſtes: Οὗτος ὁ ἐπίνικος. γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντῖνον, πέμπεται δὲ Θρασυβούλῳ διὰ Νικασίππου. ὥστε εἶναι ἀποστολικὸν αὐτόν. Tales, ſed proſa oratione, non vincta, & veterum Chriſtianorum Præſulum, iam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſeſeque propagantis, *Epiſtolæ* commendatiriæ pauperum, iterque facientium: de quibus diſertè Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus: στηλιτευτικῇ α΄. aduerſus Iulianum Imp. καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τήν τε ἄλλην ὁπόσην καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας παραπέμπομεν. Harum epiſtolarum mittendarum ratio in Nicæna prima Synodo inſtituta eſt bono publico Eccleſiæ: de quibus Burchardus Wormacienſis lib. 2. de Eccleſ. ord. c. 227. & Gratianus 73. diſtinct. & Iuo par. 6. de cauſſis clericorum ca. 434. & ſeq. De his eruditè diſſeruit ſingulari libello, amicus noſter Gerardus Rodolphus, Grauienſis: manum itaque de tabula.

lin. 9. τὰ γεωργικά] Præter innumeros rei Ruſticæ Scriptores à M. Terentio Varrone, Columella, Plinio enumeratos, Orphei γεωργικά nominat Iſacius Tzetzes. Talia Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέραι: quod opus expreſſit, vel vicit potius diuinus Maro, libris quatuor Georgic. Sic enim de ſe:

Aſcræumq; cano Romana per oppida vatem.

Pithoclis Samii ἐν τρίτῳ γεωργικῶν meminit Plutarchus. Chryſippus verò, Pamphili, & Paxami ἐν γεωργικοῖς Laertius, & Suidas. Antiphontem, Dorionem, & Æſchylidem Athenæus citat lib. 3. 12. & 14. δειπνοσοφ. Omitto eos, qui μελισσουργικά ſcripſerunt, Philiſtum, Neoptolemum, & Ariſtomachum à Plinio ſæpe laudatos: & Nicandri Colophonii τῶν μελισσουργικῶν, ſecundum aduocat Athenæus lib. 3. & Menecrates Epheſius poeta de *apibus*, laudatus à Varrone, 3. de re Ruſtica: cuius & Nicandri Scholia meminerant. Plura collegit ſingularia Camerarius iunior.

pag. 14. l. 8. Γνωμολογικά] Vt Theognidis, Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, Tyrtæi, aliorumque ἀποσπασμάτια ſæpius iam in vulgus data; collecta ex Plutarcho, Athenæo, Clemente Alexandrino, Stobæo, cæteris.

lin. 10. χώρας καὶ φυτῶν] Primum hoc præceptum dat Maro Agricolæ, vt ſitum, habitumque locorum diligenter contempletur: & ante illum Hippocrates, & Theophraſtus, ſæpius περὶ φυτῶν αἰτιῶν. διαφέρει γὰρ πρὸς τὴν πλείωσιν χώρα τε χωρῶν, καὶ ἀὴρ ἀέρος. Ex quo M. Varro libr. 1. rei Ruſticæ eſt mutuatus; quæ non exſcribo; & de his Oeconomicis Xenophon, dux idem bonus, & Philoſo-

Digitized by Google

phus. Diuini tantum Poetæ verba apponam. Operæprecium enim his vocibus iuuentutis aures ſæpius perſonare, vt ediſcantur:

Ac prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor
Ventos, & varium cæli prædiſcere morem
Cura ſit, & patrios cultus, habitusq; locorum:
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæque recuſet.
Hic ſegetes; illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina. Nonne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi:
At chalybes nudi ferrum: viroſaq; Pontus
Caſtorea: Eliadum palmas Epeiros equarum.

Περὶ φυτῶν, de ſtirpibus verò, præter Theophraſtum, & Dioſcoridem principes, varii ſcripſere: Phanias Ereſius ab Athenæo laudatus, & Dionyſius περὶ φυτῶν à Varrone; ſiue, vt Pet. Victorius emendat, εὐφυτῶν. Oppius de ſilueſtribus arboribus, à Macrobio lib. 3. Saturnal. c. 19. citatus. Macer quoque carmine Latino, & alii. Nec enim Nomenclaturam inſtitui: Tantum quanta ſit facta, in ipſa etiam Poetica, Scriptorum iactura, recenſeam.

ΤΕΛΟΣ.

CAR-

Digitized by Google

CARMINVM DIVISIO EX HEPHÆSTIONE.

- Carmina alia
  - Syſtemata, id eſt, certæ cõplexiones verſuum ſiue metrorũ inter ſe diſſimilium. Horum alia dicuntur
    - κατὰ σχέσιν, hoc eſt, quæ habitu quodam certo inter ſe ita figurata ſunt, vt alia aliis reſpondeant.
      - *Monoſtrophica*, quæ ſtrophas vnius generis tantum habent: vt ſunt Horatii pleraque.
      - κατὰ περικοπὴν ὁμοιομερῆ, quæ ſtrophas & antiſtrophas ſimiliter habent.
        - *Proſodica*, vbi id quod diſſimile eſt, præcedit.
        - *Meſodica*, vbi in medio eſt diſſimile.
        - *Epodica*, vbi ſequitur diſſimile.
        - *Palinodica*, quando media ſibi ſimilia ſunt, extremis autem diſſimilia: & contrà, extrema inter ſe ſimilia, mediis autem diſſimilia.
        - *Periodica*, quando media inter ſe ſimilia, extrema autem neque ſibi, neque mediis ſimilia.
      - κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ, quæ ſtrophas & antiſtrophas habent, non tamen vt prima ſecundæ, ſed vt prima tertiæ, ſecunda quartæ reſpondeat. Sic Victorinus.
      - αἰπολικαί, qualis eſt Securis & Ala Theocriti.
    - ἀπολελυμένα, ἃ temere componuntur, & abſq; eo habitu, quo ſolent quę κατὰ σχέσιν dicuntur.
      - ἄστροφα, quæ ita breuia & exigua ſunt, vt ne ſtrophæ quidem ſpeciem præ ſe ferant.
      - ἀνομοιόστροφα, quæ diuidunt vel diuerbiis perſonarũ vel chori ad hiſtriones reſponſione, vel ſimili aliquo epiphonemate.
        - ἑτερόστροφα, quæ dubiis metris conſtant.
        - ὁμοιόστροφα, quæ pluribus verſibus cõſtant.
      - ἄτμητα, quæ commodè in certas ſtrophas diuidi propter longitudinem non poſſunt.
    - μετρικὰ ἄτακτα, vbi metra alia ab aliis inferuntur, ſed nullo certo ordine aut numero: quæ non video quid à diſſolutis differant.
    - ἐξ ὁμοίων, quæ per pedes, aut ſyzygias, aut periodos pariter ſcandũtur, ſed abſq; certo finitoque numero: quo vno ab iis quæ κατὰ σχέσιν dicuntur, differunt.
      - ἀπεριόριστα, quæ eodem metri genere per totũ conſtant, vt Horatii.
      - κατὰ περιορισμούς, quæ interſecantur, ſed inæqualiter: vt multa Senecæ Tragici.
  - κατὰ στίχους ſcripta, vt ſunt Homeri & Virgilii poemata.

H

POETARVM VARIA GENERA, EX IS. TZETZÆ prolegomenis in Caſſandram Lycophronis.

POETARVM alii

- **1. HEROICI 5.** qui κατ' ἐξοχὴν Poetæ dicuntur
  - Homerus, Heſiodus, Panyaſis, Antimach., Piſander.
  - Latini totidē à nobis oppoſiti: Virgilius, Statius, Lucanus, Silius Italicus, Valer. Flaccus.
  - Epicum poema cōſtat his quatuor, inquit Is. Tzetzes. 1. Carmine Heroico. 2. Fabula allegorica. 3. Hiſtoria. 4. Oratione maieſtatis plena: ſine quibus nō dicendi ſint Poetæ Heroici.
- **PLEIAS Poetarum 7. ſub Ptolemæo**
  - Theocritus, qui Bucolica, Aratus, qui φαινόμενα ſcripſit.
  - Apollon. Rhodius qui Argonautica.
  - Philicus.
  - Hom. junior.
  - Lycophron.
- **2. LYRICI decem**
  - Steſichorus. Bacchylides. Ibycus. Anacreon. 5. Pindarus. Simonides. Alcman. Alcæus. Sappho & 10. Corinna.
  - Latinorum verò: Horatius Flacc. & L. Ceſius Baſſus.
  - Lyrici, ait Tzetz. pro munere taurū accipiebant. Chorus illis, 50. virorum.
- **3. DITHYRAMBICI, clari**
  - Diaſemus poeta. Philoxen⁹ Cytherius, qui Dithyrambū Corinthi primus inſtituit. Arió Methym.
  - Poſteriores: Laſſus, Labrines, Hermioneus.
  - Hi tripodē præmii loco accipiebant & Dionyſio volubiles tenebant verſus.
- **4. IAMBOGRAPHI, vel**
  - 1. Tragici Poetæ
    - Æſchylus. Sophocles. Euripides. Arion. Theſpis. Phrynichus. Ion. Acheus aliiq; innumeri.
    - Latinorū vnus, qui exſtet, Seneca Tragic.
  - Iambis primum conuitia ſcripſere, in quibus excelluere,
    - Ananias. Archilochus, & Hipponax.
  - Poſt Iambi translati ad alia, vt & Elegia. Tzetzes.
  - 2. Comici elaborati extitere
    - Ariſtoph. Cratinus. Plato. Eupolis. Pherecrates aliiq;.
    - Recentiores Græci: Menander. Philemon. Philiſtion & alii.
    - Latini qui exſtent: Plautus. Terētius.
  - 3. Satyri vt Pratinas & alii permulti, apud Athenæum, &c.

Apud.

Digitized by Google

Apud Latinos fortaſſe huius Satyræ Script. { Lucilius, M Varro, Petron. Arbiter & Boethius in conſolat. } nã alterius Satyræ quæ in Comœdiæ nouæ locũ ſucceſſit, maledicẽtia inſignes. { Horat. Perſius. Iuuenal.

5. ELEGIOGRAPHI, in quo excellunt { Callimachus, Mimnermus & Philetas. } quibus opponuntur Latini: { Ouidius. Tibullus. Propertius.

6 EPIGRAMMATOGRAPHI, quibus ſtatuas inſcribebant, in his { Simonides vetus, cuius Herodotus meminit. P lladas, Agathias, Athenæus } His opponuntur ex Latinis { Catullus, Martialis, M rullus recentior.
{ Proclus, Alcæus iunior, qui ſub Veſpaſiano & Tito Impp. Rom. vixit. } Multa huiuſmodi reperies libr. 4. & 5. ἀνθολογ. Epigramm. Græc.

7. ANATHEMATICI, qui carmina in Donaria templis dedicata cecinerunt: vt Homerus datam ſibi phialam à Medi filiis Delphico Apollini dedicauit inſcripſitque hoc modo:

Phœbe rex, donum tibi accipiens, Homerus dedi
Tuæ prudentiæ; Tu verò mihi famam bonam præbeas.

8. HYMNOGRAPHI tales { Orpheus, Homerus, Heſiodus, Callimachus, Aſclepiades } Multa id genus libr. 1. ἀνθολογ. Epigrammat. Græc. initio, & lib. item 6. c. 1.
De Latinis, Liuius Andronicus, inquit Lilius Giraldus.

9. ASMATOGRAPHI, cum inſtrumento Muſico, Lyra, barbyto, vel cithara cantabant Cariam. { Automedus, Demodocus, Choeris, Cercyreus, Phenius Ithacenſis & reliqui quos Demetrius Phalereus, inquit, recenſet: & Homerus. } Virgilius meminit *Iopæ: qui canit errantem Lunam*, &c.

10 EPITHALAMIOGRAPHI. { Agameſtor, vel Agametor, Pharſalius & Heſiod. Aſcrẹus } Scripſiſſe Epithalamia in nuptias P[e]lei, & Thetidis: { Apud Latinos Catullus.
{ Steſichorus & Theocritus } Epithalamia in nuptias Helenę.
{ Ex Latinis Poetis Epithalamia varia { Catullus, Statius Papirius, Claudianus.

11. MONODI, Poetę, qui vno tenore, & vna perſona rem perpetuo explicant, narrantque, vt Lycophron Chalcidenſis, &c. Hęc Tzetzes.

FINIS.

σματος, quæ, Procle, proximè ſubiungis: neque enim diceres καὶ ὅτι, &c. Suſpicor locum mutilum, & decurtatum à Photio de quatuor virtutibus παντὸς λόγου ἢ ποιήματος: de quibus Tzetzes Chiliade XII. cap. 428. & alibi, & ἀνώνυμος Græcus in extrema συνόψει Rhetoricæ, & alii. Anonymus addit auctoribus, quos laudat Tzetzes huius ſententiæ Iamblichum, niſi locus deprauatus, & ſapientiores ex recentioribus. Iamblicho autem magiſtro in Philoſophia quidem vſum Proclum legimus apud Ammonium: quin & idem Proclus in Euclidem hoc ipſum profitetur, quamuis apud Marinum nulla ei s m entio. Leonam audiuerat quidem in Rhetoricis, ſed publica illa erat opinio de quatuor virtutib. Orationis, quæ ſunt Σαφήνεια, συντομία, μεγαλοπρέπεια, καὶ πιθανότης. cum quibus fortaſſe conſentiunt illæ Peripateticorum, quas ex Theophraſto commemorat M. Tullius: Ἑλληνισμὸς ſcilicet, σαφήνεια, κόσμος, καὶ τὸ οἰκεῖον. Nam τὴν συντομίαν accommodabo τῷ Ἑλληνισμῷ: quia, vt docet Ariſtoteles III. Rhetor. artium μὴ τοῖς περιέχουσι, (quod pugnat τῇ συντομίᾳ) ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις δεῖ γίγνεσθαι τὸ ἑλληνίζειν. ὁ κόσμος reſpondebit τῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῷ πιθανῷ τὸ οἰκεῖον. Alter recenſent quatuor virtutes τοῦ διηγήματος, aut certè τοῦ μυθικοῦ διηγήματος Hermogenes & Aphthonius in Progymnaſmatis: illi tamen non de omni Oratione, ſed de Narratione tantum loquuntur.

l. 6. Καὶ ὅτι τοῦ πλάσματος] Plutarch. in Homeri vita: ἐπεὶ δὲ καὶ χαρακτῆρες εἰσὶ τῶν λόγων τὰ καλούμενα πλάσματα, ὧν τὸ μὲν ἁδρὸν τὸ δὲ ἰσχνόν τὸ δὲ μέσον λέγεται. Vides hic apertè, τοῦ πλάσματος nomen pro χαρακτῆρος poſitum: quod eſt inſigne. Nam quod χαρακτῆρες & Ideæ vocentur, plena teſtium antiquitas, & de tribus illis etiam generibus: quamquam ab ea ſententia diſſentiunt Demetrius Phaleræus, aut quicunque auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, & Dion. Halicarnaſſeus ἐν τῷ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, & Macrobius libr. v. Saturnal. cap. I. Sed de his alii viderint: nos ad Proclum.

l. 9. Καὶ κατασκευασμένον μάλιστα] Quàm bellè his reſpōdet illa Plutarchi quamque illuſtriora? Ἁδρὸν πλάσμα ἐκεῖνό ἐστι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων, καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχον ἐμφάσεις. Nam τὸ κάλλος non accipio hoc loco pro vna idea Orationis, quam ſeparatim docuit Hermogenes, ſed de ea venuſtate, quæ toti Poemati adſperſa eſt: quam τῷ μεγέθει καὶ τῇ γλυκύτητι voluit idem Hermogenes temperari.

l. 10. Τὸ ἰσχνὸν τῆς προσηκεν] Τὸ ἰσχνὸν video Diomedem βραχὺ appellare, vt τὸ ἁδρὸν, μακρόν. Hoc autem intelligendum videtur de Tropis quos & plebeios agnoſcunt Rhetores, non de illis qui plus iuſto efferuntur. Notum etiam in Bucolicis, quæ huius generis ſunt, multa eſſe Allegorica.

l. 11. Φιλοκρατέστερον συνθετον] Videtur appellare τὴν φιλικὴν, quæ neceſſario ἁπλῆ eſſe debet, vt in Epiſtolis fieri oportere Demetrius præter alios docuit. Huic repugnat τὸ μεγάλας ἔχειν ἐμφάσεις.

Digitized by Google

l.13. Τοῖς γοεροῖς] Luctus enim non patitur κατασκευὴν illam accuratam Iſocratis, nec granditatem illam Pindari.

l.15. Ἀνθηρὸν δὲ καθ' ἰδίαν οὐκ ἔστι] Hoc in Plutarchum appoſitè dicetur; qui in Homeri vita hoc genus ἀνθηρὸν à ceteris ſeparauit. In eadem hæreſi ſunt Macrobius & Diomedes. Quin & Demetrius ille auctor περὶ ἑρμηνείας hoc, & τὸ δεινὸν à duobus contrariis ſeiunxit: affirmat tamen cum vtroque τὸ γλαφυρὸν & χαρίεν, quod idem eſt atq; ἀνθηρὸν poſſe copulari. M. certè Tullius libr. de optimo genere dicendi, videtur Medium illud, quod ipſe *Modicum* nominat, ἀνθηρὸν intellexiſſe: nam illi tribuit multa ornamenta & lumina orationis: in quo Demetriũ Phaleræum floruiſſe ſcribit, atque illud expers vtriuſq; contrarii facit.

l.20. Εἰς τὸ σκληρὸν, καὶ ἐπηρμένον] Demetrius hoc vitium ψυχρὸν nominat. Auctor ad Herenn. *turgentem & inflatam orationem* hanc dicit & verbis duriter aliunde translatis eam fieri voluit. Dionyſius Longinus & alii his finitima afferunt.

l.21. Εἰς τὸ ταπεινὸν] Demetrius ξηρὸν vocat. Auctor ad Herennium *Aridum & exangue*, quod & *exile* nominari non eſſe alienum ait.

l.22. Ἀργὸν καὶ ἐκλελυμένον] Sic auctor ad Herennium *Fluctuans & diſſolutum.*

l.23. Διαλαμβάνειν δ' ἐν ᾧ] Corruptus locus. Quid ſi διαλαμβάνει, δ' ἐν τῷ β'. quaſi ſuperiora ſint ex lib. 1. Procli: quæ ſequuntur ex ſecundo excerpta: nam ex tertio & quarto nihil repetitum.

l.25. Καὶ ὅτι τῆς ποιητικῆς τὸ μέν ἐστι διηγηματικὸν, τὸ δὲ μιμητικὸν] At Plato 3. de Rep. cuius tu, Procle, ſectam ſequeris, tria facit genera Poeſeos. Vnum διὰ μιμήσεως, qualis Comœdia & Tragœdia: alterum δι' ἐπαγγελίας μόνης τοῦ ποιητοῦ, tale Dithyrambicum: Tertium ex vtroque genere conflatum, cuiuſmodi Epicum. Ariſtoteles etiam in Poeticis tres differentias facit Poeſeos, ex modo vario quo fit imitatio, vnam ἀπαγγελίαν: alteram in qua omnes qui imitantur πράττοντας καὶ ἐνεργοῦντας inducuntur: quæ rectè à Grammaticis Græcis & Latinis δραματικὴ nominatur; Tertiam ex vtraq; concretam. Mitto gregem Grammaticorum, qui eandem ſententiam ſequuntur: quamquam in eo videntur ab Ariſtotele multum diſſentire, quod ſuo Dramatico, aut Exegetico ſubiiciunt περὶ ἀπαγγελτικὴν ποίησιν (ſic enim apud Diomedem reponendum puto) Hiſtoricam & Didaſcalicam, quas negat disertè Ariſtoteles Poemata eſſe, quia nõ imitantur, quod proprium eſt poetæ, ſed monent tantum, aut narrant, aut docent. Ex his perſpicuum fit fruſtra torqueri explanatores Poeticor. Ariſtotelis, quaſi à magiſtro Platone in his diſceſſerit; cum Plato genus ἀπαγγελτικὸν, vt Dithyrambum, videatur imitatione priuaſſe: Ariſtoteli autem non ſit Poeta niſi is qui imitatur. Non enim vident μίμησιν à Platone vocari κατ' ἐξοχὴν eam tantum quæ fit περὶ τῶν δρώντων; apud Ariſtotelem verò latius patere: cui imitatio etiam eſt ea quæ fit rhythmo tantum, vt ψιλὴ ὄρχησις, & quæ fit Rhythmo & Harmonia: cuiuſmodi erant chori Dithyrambici, quamquam non inducerentur πράττοντες. Hæc genera Characteres vocantur in prolegomenis Theocriti. Quanto prudentius Ariſto-

Ariſtoteles, qui nec genera quidem illa nominauit, ſed differentias. Sed ô miſeros ἀμεθόδους, quàm multis laqueis irretiti tenentur, quibus nullo ſe conſilio explicare poſſunt: quam verè dignum immortalitate ingenium Ariſtotelis! qui vidit τὰ γένη καὶ εἴδη κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν ſumi oportere, tum differentiis diſtinguenda eſſe. Sic ille in Animalium diſputatione Piſcem, Auem, Hominem, & cetera propoſuit: quorũ differentias poſt perſequitur. Sic & Theophraſtus in ſtirpibus quatuor illa ſumit, δένδρα, θάμνους, φρύγανα, πόας. Ita Ariſtoteles in Poeticis πρῶτα καὶ μέγιστα tantum illa tria adfert vulgo nota, Epopœiam, Tragœdiam, & Comœdiam: Reliqua namque verius horum μέρη, ἢ ἀποσπασμάτια, aut certè ex his concreta: ſed de his alibi. Dixerit aliquis, quorſum hæc diſputatio? Quorſum? Primo ne quis ſibi falſo perſuadeat hæc genera eſſe Poeticæ, vt videtur Proclus ſignificare, qui in multos errores eum induceret: deinde, quod permagni hoc loco interſit, aliter τὸ διηγηματικὸν à Proclo atque à reliquis accipi. Proclo etenim Diegematicum eſt κατ' ἀπόφασιν, quod non eſt Mimeticum ſiue Dramaticum: ceteris quod nec Dramaticum eſt, neque Miſtum aut Commune: Quam rectè Ariſtoteles irridet in Platonicis ſtudium illud τῆς διχοτομίας, lib. 1. de partib. Animal. Vt illuderet, ſi reuiuiſceret, idem τοῖς πανσόφοις huius ſeculi, qui omnium artium explicationem ταῖς ἀλληλουχίαις τῶν διαιρέσεων τε καὶ ὑποδιαιρέσεων, tamquam σκελετὸν quoddam à Medicis conglutinatum oculis ſubiiciunt. Sed quid σκελετὸν dico? imò vt monſtrum illud Horatianum, aut ſi quid deformius poteſt excogitari. Sed ne longius à Proclo abeamus.

Lect. τὸ μὲν διηγηματικὸν ἐκφέρεται] Species Diegematicæ quatuor facit, Epicam, Iambicam, Elegiacam, & Melicam: quam rectè, aliorum eſto iudicium. Diomedes has ſubiicit generi Communi ſeu Miſto, & præterea Satyram Latinor. & Bucolica. In Scholiis Theocriti Bucolica ad tria genera referuntur, quod etiam Seruius ſequi videtur. Quam diſcrepantes hominum ſententiæ! Tzetzes vterque cautius, qui innumerabilia genera Poematum fecerunt.

p.6.l.1. διὰ τραγῳδίας, Σατύρων τε] Rectè Proclus, ſed Ariſtot. rectius qui κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ὡς μέγιστα μέρη καὶ πρῶτα ſepoſuit. De Satyro vero, qui Tragœdia παίζουσα eſt, vt de concreto ex vtraq; in extremo fortaſſe libro ſecundo diſputauit: Sed, quod dolendum vehementer eſt, & illa Ariſtotelica de Comœdia & Satyro, atque hæc Procli, de eodem argumento perierunt: quæ ſi exſtarent, minuti iſti Philologi Satyram Romanam non confunderent turpiter cum Satyro Græcorum. Nam primo *Satyra* apud Romanos fuit carmen ex variis Poematibus, vt ait Diomedes: quale ſcripſerunt Pacuuius, Ennius; ſimile fortaſſe Chæremonis Hippocentauro. Deinde carmen illud maledicum; imago paruæ antiquæ Comœdiæ, ſed quæ pulpita non conſcendit, & ornatu incedit grauiori. Heroico ſcil. Satyrus autem Græcorum planè eſt Cyclops Euripidis: licet multæ eiuſmodi fabulæ a Græcis Tragicis editæ legantur, quorum tantum

nomina apud Grammaticos legimus. De hoc Satyri genere Græco Horatius, & ex Horatio Diomedes.

p.6.l.3. Καὶ ὅτι περὶ λόγος πρῶτον μελῶ] Hic diſputat de quatuor generib. Diegematici eo ordine quem propoſuerat. Ordo quidem legitimus, ſi originem metricam ſpectemus. Nam cum duo capita ſint & quaſi fontes omnium Metrorum, Heroicum, & Iambicum, vt Metrici diſputãt, ex heroica penthemimeri iterata, nata eſt Elegia: ex Epodis autem Iambicis Lyricorum carminum varietas profecta videtur. Eundem ordinem, & cauſam illius præfert auctor illius Fragmenti quod Cenſorini de die Natali libello adhæret, tibi, mi Schotte, à Lud. Carrione I.C. inſcriptum, & à nobis etiam illuſtratum. Sed quid de Diomede? qui primam item facit Epicam, ſecundam tamen Lyricam: (etſi totus ille locus deprauatus & mutilus pleriſq; locis videtur) Tertiam Elegiacam, quartam Iambicam. Metrici alii alium ordinem ſecuti. Sed quid metris cum Poemate? Poematis enim vis & natura non in metro, ſed in imitatione conſiſtit, vt docet Ariſtot. qui propterea prudentius de Tragœdia prius diſſeruit, quà detractis duabus partibus, intelligitur, vt fiat Epopœia: Tum de Comœdia, quæ numero partium ſimillima Tragœdiæ. Ad extremum de cæteris, vt ſuſpicor, quia ex illis trib. qualia ſint facillime percipitur, cum aut illorum ἀποσπάσματα ſint, aut certè ex illis fiant & proficiſcantur. Ac de ordine ſatis.

l. ead. Τὸ μέλος πρῶτον μελῶ ἐφεξῆς φημονόη] Libenter reponerem ἔπος, niſi quis dicat τὸ μέλος ἀντὶ τοῦ ἔπους γενικῶς poſitum: quod vix mihi vnquam probabitur, quia priſci τοὺς ἐποποιοὺς maximè opponebant Lyricis, vt refert Euſtathius. Phemonoes neſcio quod κωμῳδίαν olim legi circumferri? nunquam in illud incidi, nec in aliquem qui illud carmen laudaret. Cetera nota ex Philologis, & aliis Scriptoribus.

l.12. Ἐπεὶ δὲ τρίμετρα ἔπη προσαγορεύομεν] Quin & omne genus carminis hoc nomine olim appellatum obſeruat Interpres Ariſtophanis ἐν ἱππεῦσι: & Euſtathius quoſuis poetas vulgo ἐποποιοὺς nominatos: ab elegantioribus autem ſolos Heroicos eo nomine comprehendi. Idem tamen Scholiaſtes Ariſtophanis ἐν Βατράχοις obſeruat, cum de Euripide loquitur, ἐπῶν nomen poſitum ἀντὶ τῶν ἰαμβείων; quod hoc nomine Iambi etiam appellarentur. Ex his illuſtrari poſſe videtur locus ille Ariſtotelis in Poeticis, cum diſputat de nominibus Poetarum, quæ vulgus Græcum ἐκ τοῦ μέτρου καὶ τοῦ μέτρου componens, quoſdam ἐλεγειοποιούς, alios ἐποποιοὺς vocabat, cum proxime τῶν τριμέτρων etiam meminiſſet, qui vel ἀρχὴ Iambici ſunt.

l.17. Τινὰς ἐπιμέτρους πράξεις] Quale illud certamen vulgo notum Homeri & Heſiodi.

l.18. Ἐπικοῦ κύκλου] τὸ κύκλου nomen ambigue dici ἐπὶ τῶν ἐπῶν Ariſtoteles te, ſtis lib. 1. Poſteriorum, & alibi. Philiponus lib. 1. Poſter. multa colligit de ſignificatione huius nominis in carminibus, ſed quod ad nunc locum pertinet illud

eſt.

eſt: ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον ὁ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσι. Κυκλία apud Ariſtophanē plerumque pro Dithyrambicis tantum propter genus chori quo vtebantur: vnde & κυκλιοδιδάσκαλοι Cineſias, Philoxenus, & alii Dithyrambici ab illo appellati. Sed hæc ſignificatio nil ad hunc locum: licet illam ad omnia Lyrica producat Tzetzes in Chilia. quam & maximè propriam τῶν ἐγκυκλίων ſignificationem eſſe voluit. Multò autem magis ab hoc loco aliena, quæ idem docet ex Porphyrio de vitis Philoſophorum, nomine iſto contineri ἐγκυκλοπαιδείαν, hoc eſt, quas vulgus *Liberales* appellat ſeptem artes, & præterea Philoſophiam. De hac ἐγκυκλοπαιδείᾳ edidit libellum elegantiſſimum, flos patriæ & ornamentum Octauianus Ferrarius, de quo quid ſentiam, alibi exponam. Ita interpres Ariſtophanis in Nebul s κύκλια μαθήματα vocat Metricam & Rhythmicam & alias. Sed videndum, an apud eundem ἐν τοῖς ὄρνισι intelligi poſſit hoc genus poematis, de quo nunc loquitur Proclus cum ait: κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπικυκλιζόμενα, ἐστὶ δὲ διηγηματικόν. Nam hoc genus Poematis, vt hic ait Proclus, à Chao ad reditum vſq; Vlyſſis perpetua ſerie hiſtoriarum & temporum perducebatur, atq; erat διηγηματικόν. Illud torquet, quod μέλη appellet, ſed potuit γενικώτερον τὸ μέλη vſurpari. Alia item erant ἐγκύκλια φιλοσοφήματα: de quibus Ariſtoteles 1. de Cœlo & Simplicius. Domum redeamus. Vtinam extaret hoc genus poematis Epici. Videtur Ouidius illud adumbraſſe ἐν ταῖς μεταμορφώσεσι: progreditur tamen vltra reditum Vlyſſis, & multa intermittit. Poſſent hæc expleri à viris doctis ex Apollodori & Diodori Bibliothecis, & aliis. Hoc optare eſt, non Notas adſcribere.

l.35. Εἰς Στασῖνον] Ex his emendo Scholia antiqua illa & erudita 1. Iliados, ſtatim initio, vbi cum aliquot carmina ex his Cycliis citantur, male legitur: ἡ δ᾽ ἱστορία παρὰ Ταρασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι. Στασίνῳ planè reponendum, & Κυπρία περοξυτόνως, niſi nos fallit Proclus. Hunc locum expreſſit Philoponus loco ſup. citato.

l.36. Οἱ δὲ Ἡγέσιον τὸν Σαλαμίνιον] Quid ſi Ἡγησίαν legamus? quod nomen magis receptum.

l.39. Οὐ πίπτει· ὁ συγγραφεύς] Pro συμπίπτει, id eſt, Proclus non aſſentitur huic ſententiæ. Sed cur Κυπρία περοξυτόνως inſcribendum deeſt, quod ἐπισκεπτέον. Sed antequam à Cycliis abeamus, videndum an Horatius Cyclicum Antimachū vocet, non quod Cyclia ſcripſerit, ſed quod Epiſodia Epiſodiis addens, vt in Cyclo Epico viginti quatuor libros impleuiſſet, antequam ſeptem duces vſque ad Thebas perduceret, quod refert Porphyrio, aut quicunque ille Interpres. Mihi hoc πιθανώτατον. De Epicorum autem digreſſionibus & *Cyclo*, Philoſtratus in epiſt. ad Iuliam ita ſcribit: αἱ δ᾽ ἀποστάσεις ἔτι προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπιχωριάζον, πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δ᾽ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ.

p.7. l.8. Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον, &c.] De his in Notis dixi ad Fragmentum ἀδέσποτον Cenſorino additum, & hactenus, ante Lud. Carrionem, adſcriptum.

l. 13. Οἱ δ' ἀπὸ Ἰάμβης ἰάμβους] Alia ratio de alia femina Iamba in Scholiis Hephæſtionis, vbi plura de nomine Iambi, & apud alios.

l. 30. Α᾽ μὲν γὰρ αὐτῶν τοὺς θεούς, ἃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους] Videtur hic deeſſe tertium membrum, ex his quæ paulo poſt ſubiungit, τὰ δὲ εἰς θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Illud autem extremum ἃ δ' εἰς τὰς περιστάσεις [illegible] non ſatis conſiderate additum: à quo & infra agnoſcens idem negat illa Poemata formas eſſe Melicæ. Quanta inconſtantia in hac φιλοδοξίᾳ τῆς διαιρέσεως Platonica, vt ſupra monui! Sed quam multæ harum formarum in indicibus illis Odarum Horatii, qui nunc editi à Iac. Cruquio Brugenſi: quam multa etiam horum apud Menandrum Laodicenſem in diſputatione de genere Epidictico!

p. 8. l. 8. Τὰ εἰς τοὺς ὑπηρέτας] Accipio τὰ ὑπηρέτας ποιητικῶς, hoc eſt, τοὺς ὑπηρετουμένους, id eſt, in eos qui à Poetis colerentur, & obſeruarentur, ſiue numina, ſiue homines eſſent.

lin. 9. Γραφόμενα ὕμνους] Menander dum accuratè partitur, & à capite arceſſit genera τῶν ἐπαίνων, ὕμνους cenſet vocari propriè τοὺς ἐπαίνους τῶν θεῶν γενικῷ λόγῳ: quanquam videtur innuere ἰδίως καὶ καθ' ἐξοχὴν τοὺς εἰς τὸν Δία ſic appellatos; ceteros aliis propriis nominib. vt in Apollinem Pæanas, & Hyporchemata: in Bacchum Dithyrambos & Iobacchos: in Venerem Ἐρωτικούς.

l. 12. Ὕμνους προσῳδίους] In Epitoma Anonymi, quæ acceſſit Hephæſtioni docetur Palimbacchium vocatum προσοδιακὸν, quod in προσοδίοις ὕμνοις adhiberi ſoleret: ſed qui fuerint ibi non explicatur.

l. 15. Ἐλέγετο δὲ προσῴδιον] Iulius Pollux τοὺς πρὸς κιθάραν ᾠδοὺς ἀδομένους [illegible] προσῴδια καλεῖν: ſed melius in Etymolog. magno ex Didymo de Poetis Lyricis, προσῴδιον παρὰ τὸ προσιόντας ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾄδειν. Διαφέρει δὲ τῶν ὕμνων, ὅτι τοὺς ὕμνους πρὸς κιθάραν ἑστῶτες ᾖδον. Qui locus germaniſſimus huius; ſed ille videtur ſic reſtituendus, ἰδίως δὲ τῶν ὕμνων. quod hic planius ὁ δὲ κυρίως ὕμνος, &c. Quanto melius tamen apud eundem auctorem Etymologici, neſcio ex quo auctore, illa tria genera Hymnorum antitheta repetuntur, quibus vtebantur in ſacrificiis, προσῴδια, ὑπορχήματα καὶ στάσιμα. vt Προσῴδια eſſent τὰ λεγόμενα ᾄσματα εἰς φερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων. Ὑπορχήματα autem ἃ ἦν ἃ ἔλεγον ὀρχούμενοι δὲ περὶ τὸν κύκλον τοῦ βωμοῦ καιομένων τῶν ἱερείων. Στάσιμα verò ἃ ἑστῶτες ὕστερον ἔλεγον ἀναπαυόμενοι μετὰ τὸ κύκλῳ δραμεῖν τοῦ βωμοῦ; quæ tria deinceps accommodat Strophis, Antiſtrophis, & Epodis, de quibus Metrici multa, & interpretes Poetarũ. De genere etiam carminis Proſodiaci quale eſſet, in Scholiis Ariſtophanis, & apud Metricos multa legere licet.

l. 33. Ἀριστοτέλης Ἀρίονα λέγει] Philoxenus primus hoc reperit, ſi credimus Tzetzæ in Lycophronem. Nuſquam autem in his quæ exſtant, quod ſciam, Ariſtotelis libris de Arione id legitur. Scripſerat fortaſſe tribus illis libris de Poetis, qui citantur à Plutarcho in Homeri vita: aut in Poeticis quæ perierunt: nam tantum habemus primum eorũ librorum: aut certè ἐν ταῖς διδασκαλίαις, vbi & Dithyrambici cõmemorabantur. Vide Harpocrationem in Διδάσκαλος. Mult autem

colligendo de eo argumento ſcripſiſſe apud auctorem optimum eius vitæ anonymum, qui per me lucem aſpexit. Ex quo decurtato vita illa deſcripta, quæ præponitur Commentariis Ammonii in Categorias. Sed quid propero? Arionem auctorem fuiſſe huius chori prodiderat antea Hellanicus in Cranaicis, & poſt Ariſtotelem Dicæarchus ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων. Antipater tamen & Euphronius ad Laſum Hermioneum referunt. Scholiaſtes Ariſtoph. ἐν ὄρνισι.

lin. 34. τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν] Quod chorus Dithyrambicus κύκλος & κύκλιος nominaretur, multa apud Grammaticos, & Philologos.

pag. 8. l. 37. Νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων] Quod Apollo quidem Νόμιος, & paſtor Admeti, ſexcenti teſtes. Sed quod Νόμιμος ἀπὸ τῶν νόμων diceretur, ſingulare propeeſt, nec alibi, quod ſciam, lectum. In Schol. Ariſtophanis ἐν ὄρνισι, cum Chorus ait, Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνων, ſic legitur: ἐπεὶ Νόμιος ὁ θεὸς ὁ ὄρειος, καὶ τῶν ὀρειῶν δὲ ἐν ὄρεσιν αἱ διατριβαί. Retineo tamen ſcripti libri lectionem.

lin. 38. ὅτι τῶν ἀρχαίων χορῶν ἱσταμένων] Ariſtoteles Sect. XIX. Problem. XV. docet Nomorum poema ἀγωνιστικὸν factum: ob eamq; cauſam carere Antiſtrophis. Dithyrambicum item prius tantum Choricum fuiſſe, poſt in μιμητικὸν mutatum: quod hoc loco Nomis contigiſſe diſertè refert Proclus.

lin. 40. Χρυσόθεμις ὁ Κρὴς] De hoc in Notis ad illud ἀποσπασμάτιον falſo adſcriptum Cenſorino.

lin. ead. πρῶτος στολῇ χρησάμενος] Quam bellè hæc illuſtrantur illa deſcriptione citharœdi lib. IV. ad Herennium: *Vti citharœdus cum prodierit optimè veſtitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta, & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatiſſimam, auro & ebore diſtinctam, & ipſe præterea forma & ſpecie ſit, & ſtatura appoſita ad dignitatē, &c.*

pag. 9. l. 3. δοκεῖ δὲ Τέρπανδρος μὲν] Fortaſſe ex his quæ ſequuntur de Phryne certò conlicere licet, vt Chryſothemis ſolutis numeris Nomos canere cœpiſſet: ita ſolent initia rudia & impolita eſſe: Deinde Terpander perfecit illud carmen numero Heroico: poſt Phrynes ἑξάμετρον addens ſoluto τῷ ἡρῴῳ. Hæc ſi Pet. Victorius vidiſſet, οὐχ ἅπαξ pronunciaſſet Dithyrambicos Heroico vſos. De modis quos adiunxit Chryſothemis citharæ non ſatis exploratum ex illo ἀποσπασματίῳ quod Cenſorino falſò inſcriptum: tamen ſi quis acutè conſideret, percipi ex eodem poſſe videtur, ab Apolline τρίχορδον tantum inſtrumentū repertum, qualis noſter *Rabequete*, paſtoricium: huic additam paramesen chordam à Lino Apollinis F. (nam, *nympha*, in illo loco planè ſuſpectum) factamque citharam Tetrachordon, quam noſtri flexo inde nomine *Citarram* vocant. Illi à Chryſothemide additum alterum Tetrachordon τῶν συνημμένων, factamque citharam ἑπτάχορδον, quæ noſtris *Vihuela, o laud de ſiete cuerdas*. Poſt à Terpandro alterum huic tetrachordon τῶν διεζευγμένων adiunctum, quam noſtri Tumbam vndecim chordarum appellant.

lin. 4. [illegible] Ἀρίων] Quid hic addiderit Carmini aut Modis, requiro.

lin.9. Τιμόθεος ὕστερον εἰς τὴν νῦν ἤγαγε τάξιν] De Timotheo Suidas ſcribit, molliorem factam ab illo Muſicam; de quo etiam legimus in eodem illo Fragmento Cenſorini, auctam ab illo citharam fuiſſe duob. τῇ [illegible] καὶ τῷ [illegible] λαίων, vt eſſet quatuor Tetrachordorum, quibus terminis in commune vocis humanæ, Remiſſionem etiam & Intentionem priſci circumſcribi notarunt. Legimus tamen apud Suidam à Terpandro primum Heptachordum inuentum, & à Timotheo additam decimam, & vndecimam chordas: etſi in Fragmento quod adiunctum legitur Nicomachi Harmonicis dicitur nona chorda addita à Theophraſto quodam Pierita, decima autem ab Hiſtiæo Colophonio, at vndecima à Timotheo Mileſio. Apud Bryennium cap. de Tono, hic locus extat de his ex Ione, & Terpandro: ἐπὶ μὲν τοῦ φθόγγου χρῶνται τῷ ὀνόματι οἱ λέγοντες ἑπτάτονον τὴν φόρμιγγα. καθάπερ Τέρπανδρος καὶ Ἴων. ὁ μὲν γάρ φησιν, ἡμεῖς τοι τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὰν ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους. ὁ δὲ, ἑνδεκάχορδε λύρα, δεκαβάμονα τάξιν ἔχουσα, ἀεὶ τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους. πρὶν μέν σ' ἑπτάτονον ψάλλον διὰ τέσσαρα πάντες Ἕλληνες σπανίαν μοῦσαν ἀειράμενοι. Sed de his omnium optime Franciſcus Salinas Salmanticæ Profeſſor, Muſicorum Homerus, in ſuis de Muſica libris. Ex hoc loco illuſtremus illum Paſicratis ἐν τῷ ἀτόνῳ [illegible], Τιμόθεος, οὐκ ἐγένετο.

lin.14. Ἀπολυτέραις κέχρηται ταῖς λέξεσι] At Ariſtoteles in Poeticis: τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις. Et lib III. Rhetoric. χρησιμωτάτη ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς, & addita ratione. Idem Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubibus, & Εἰρήνῃ. & alii. Hanc ego difficultatem ſic explico ex loco illo Ariſtotelis Rhet. vt Seſquipedalia illa nomina, quibus vtebantur Dithyrambici, dicantur ἀπολύτερα, quia minus εὐσύνθετα, nec tam facilis & procliuis eorum compoſitio atque εὔφωνος, quàm vulgarium. In Nomis verò ἁπλαῖ μὲν λέξεις, ſed [illegible]. Si conſtarent Dithyrambi & Nomi, illuſtrius iſta cernerentur: in Dithyrambo illo Pindari, qui legitur apud Dion. Halicarnaſſensem de τῇ συνθέσει ὀνομάτων, duo illa nomina iuncta ἐαριδρέπτων, & ἑλικάμπυκα. Sed illis duriora etiam & horridiora deprehenduntur, vt illud Στρεπτάγυλαν Philoxeni.

lin.15. Ὁ δὲ νόμος τοὐναντίον διὰ τῶν . . . ἀνεῖται] Quid deſit affirmare non poſſum, fortaſſe ἠθῶν. Sunt enim τὰ ἤθη ἀντίθετα τοῖς πάθεσι: & de Dithyrambo quem comparat cum Hymno Nomico, dixerat εἰς τὰ πάθη κεκινημένος [illegible].

lin.19. Ὁ μὲν τὸν φρύγιον καὶ ὑποφρύγιον ἁρμόζεται] In Dithyrambo, modis Phrygio & Hypophrygio canebatur, quos vulgo Muſici Tonum tertium & quartũ vocant. Ariſtoteles Problem. XLVIII. Sect XIX. ἦθος δὲ ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν· διὸ καὶ ἐν τῷ Γηρυόνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται. Ex his percipitur quàm aptus eſſet modus Hypophrygius Dithyrambo, cum & Dithyrambus vt ὑπόκρισις illa quæ in fabula inducebatur, πρακτικὸς eſſet. nam de Phrygio disertè idem Ariſtoteles VIII. Politic. ὁ διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ φρύγιον. quod & teſti-

monio

Digitized by Google

monio Doriorum eius artis conſtituatur, & Philoxeni Dithyrambici, qui cum tentaſſet Dithyrambum modo Dorio, poſtea reipſa doctus in Phrygium Dithyrambo maxime congruentem mutauit. Quin & Phrygium modum ὀργιαστικὸν καὶ παθητικὸν eſſe docet Ariſtoteles eodem libr. Hic locus me admonet obiter, quam turpiter peccatum ſit in Poeticis Ariſtotelis, ab eius explanatoribus, quo loco docet quid differant Nomos à Dithyrambis, quod illis perſonas graues, his leues imitarentur: citatque teſtes Philoxenum & Timotheum in Cyclope & Perſis. Recte vero, ne otio abutar aliorum erratis commemorandis. Nam Timotheus, vt auctor Nomorum aperte hic & alibi citatur. Perſas autem illius nominatim laudat Plutarchus in Philopœmene, & Suidas: qui eum Nomon ait inſcriptum fuiſſe Πέρσαι ἢ Ναύπλιον. Quod autem argumentum Perſarum graue eſſet declarant Tragœdiæ à Phrynicho, Æſchilo, & aliis Tragicis eo nomine inſcriptæ. Nam de Philoxeno quod Dithyrambicus fuerit lippis notum. Induxerat autem ille in fabula Galatea Cyclopem vt paſtorem bardum & ſtupidum, qui ſuo gregi præcineret. Videndus Ariſtophanis interpres in Pluto: quin & Zenobius in Parœmiis Adagio οἵῳ μ᾽ ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν fabulam nomine Cyclopis attribuit Philoxeno, atque locum illius laudat. Ludouicus Caſteluetrius Italicus Ariſtotelis interpres, neſcio qua confidentia locum totum immutauit, quo inuexit Ἀργᾶν quendam, μοχθηρῶν ᾀσμάτων poetam, vt ait Athenæus, contra fidem omnium codicum. Cæteri modeſtiores, licet hæreat illis aqua. Hæc ego, & alia multa lucrifeci hoc ἀποσχολασμάτιον τοῦ [illegible]. Reuertamur ad modos, quibus hæ fabulæ fiebant.

lin. 20. Οἱ Νόμοι δὲ τῷ συστήματι τῷ τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ] Donatus erudite in Prologo in Adelphos: *Modulata eſt, tibiis dextris, id eſt Lydiis ob ſeriam grauitatem qua fere in omnibus Comœdiis vtitur hic Poeta: ſæpe tamen mutatis per ſcenam modis*, &c. Nihil ergo aptius Nomis, id eſt, graui poemati modo Lydio: quamuis hic modus, ſi intentionem ſoni ſpectes, acutior eſt Phrygio & Dorio, vt Muſici docent, ac propterea fortaſſe viſus quibuſdam leuior. Sed de his Muſici diſceptent. Illud tamen moleſtum Ariſtotelem Problem. XLVIII. Sect. XIX, τὴν ὑποδωριστὶ [illegible] ait conuenientiſſimam eſſe citharis: de quo viderint & Muſici. In Politicis certe Dorium & Lydium modos eidem vſui accommodat, ſcilicet τῇ παιδείᾳ τῶν νεωτέρων, cum Dorius στασιμώτατος ſit, & mediocritatem quandam obtineat, atque ad mores viriles ſit vehementer aptus. Lydius vero κόσμον τε καὶ παιδείαν ἔχει. Octauus autem Hymnus Nemeorum Pindari dicitur ab interprete editus modo Lydio. Nunc ad reliqua.

lin. 23. Καὶ ἐν τοῖς τίποις εὐφροσύνης] Omnino legendum ἐν τοῖς ποτοῖς, inuerſo ordine literarum: qui error etiam manauit in ea quæ infra leguntur: [illegible] τοῖς τίποις. Reſtituendum ποτοῖς, vt ex omnibus ſcriptoribus huius argumenti liquet.

lin.ead. ὁ δ' Νόμιος ἀοιδὴ μὲν δοκεῖ τῷ Παιᾶνι ὠνομάσθαι] Quid mirum, cum is vbérrimè Apollini potiſſimum fuerit conſecratus: quamquam & Pani Nomios attributos, & Dianæ Pæanas legimus. Sed *Pan* paſtor item, & magiſter Apollinis: Diana verò ſoror.

lin.31. Ἀδωνίδια]. Lugubrem hunc Hymnum fuiſſe ex priſcis conſtat ſcriptis. De Adonidio autem carmine Metrici multa, quòd conſtat Dactylo & Spondęo, & concurrit cum Choriambico monometro hypercatalecto.

lin.33. ἤδετο δ' ὁ Ἰόβακχος] Libero Patri multa genera Carminum attributa à Metricis, vt comma ex tribus Tocheis, Coriambicum ex Bacchiis, item & Palimbacchiis.

lin.35. ὑπορχήματα] De his Lucianus ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεων. Ex Ionicis à maiori hyporchematicum, (ſic enim lego apud Marium Victorinum in Didascalicis; non ὑπορχηματικόν) & quartus Pæon hyporchematicus appellatus à Metricis.

lin.38. Οἱ μὲν Κουρῆτες] Nota hæc ex aliis. Ab his Pæon tertius Curetici nomē reperit apud Metricos. Quare & hic aptus eſſet huic generi Hymnorum, vt & ſecundus qui & Creticus vocatus, & Creticus ipſe his par, cum & ὑπορχήματα ipſa Κρητικὰ dicta fuerint, vt obſeruauerat Soſibius, & ὑπορχήματα canebantur Critico, ait Marius Victorinus.

lin.ead. Οἱ δ' Πύρρον τ' Ἀχιλλέως, ὅθεν ἐ Πυρρίχην] De his præter alios Diomedes in Pyrrhichio, ſed omnium copioſiſſime Pindari interpres 2. Pythion. vbi & initium cuiuſdam ὑπορχήματος Pindarici legitur eiuſmodi; Σοφὸς ἐπὶ λόγον ξυνήσεις ερων ἐπαινῶν. Sed apud Diomedem omnia ferè deprauata, in quibus illud obnabar obiter; *Et Cinesias eſſet cognominatus. Fidem huius enarrationis facit Ariſtophanes Comicus, nomen eius dictans characterem* Πυρρίχην τὴν Κινησίου. ἐν τοῖς Βατράχοις Ariſtophanis: vbi antea pro his Gręcis *achenchineam* legebatur. Vide & Suidam in Πυρρίχαις.

lin.vlt. Ὁ δ' Ἐπινίκιος] Epinicii hymni multi apud Pindarum.

pag.40.lin.1. Τὸ δ' Σκόλιον μέλος] Didymus in tertio τ̃ συμποσιακῶν commemorat diuerſas Etymologias huius nominis Σκολιοῦ, vt in Etymologico legitur: de quibus Etymologiis, & hoc genere Hymni multa Scholiaſtes Ariſtophanis in Βατράχοις, Ἀχαρν. καὶ σφηξί, atque eadem apud Suidam ex illis Scholiis; Euſtathius Odyſſ. η' obſeruat σκόλια pronunciari προπαροξυτόνως, παρὰ Ἀθηναίοις τῷ ἐντέχνῳ; & tria illorum genera fuiſſe σκωπτικά: quale illud in Plutum ex Timocreonte Rhodio, cuius fit mentio in Scholiis Ariſtoph. Alias πρὸς ἐρωτικά, vt illud Pindari apud Athenæum lib.x. ἐν πᾶσιν φιλάσσοις τὰ ἀφροδίσια ἐρωτῶν. Et alia σπουδαῖα, qualis illa θρηνητικὰ in Admetum, de quibus Ariſtophanes ἐν σφηξί & eius interpres, atque Parœmiographi.

lin.5. ὑχ ὡς ἐνίοις ἤρεσε κατ' Ἀντίφρασιν] Idem refellunt Scholiaſtes Ariſtophanis ἐν σφηξί, & Suidas atque pæne vt hoc loco his verbis: ἔνιοι δ' φασὶν ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου προσηγορεύθησαν σκολιὰ, τὰ παροίνια μέλη. ἁπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἔχειν εἶναι ἐ εὔκολα εἰς τὸ ᾄδειν

πτον

Digitized by Google

ποτὴν ἀδόμενα. οὐχ ὅτι ἡ τοιαύτη γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοιῷμενοι· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἑξῆς λύρας τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο, ἀλλ' ἐναλλὰξ διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν, σκόλια ἐλέγετο. In Scholiis tamen τῶν βατράχων, quaſi non ſint eiuſdem, aut non ſequatur eundem auctorem: Σκολιὸν τὸ ῥάδιον καὶ ἀντίφρασιν, ὡς ὀλιγόστιχον. Euſtathius item refellit hanc Etymologiam. Vnde conſtat locũ hunc τῶν ἀπὸ τοιούτων mutilum eſſe, reponendumq; dum melius exemplar non contingat, poſt τὸ καὶ κατ' ἀντίφρασιν· ἢ γὰρ καὶ ἀντίφρασιν: aut, τοῦτο γὰρ. & poſt τὸ εὐφημισμὸν, inferendum ἀλλὰ ſic.

lin. 8. Αλλὰ διὰ τὸ περιειλημμένον] Aliam rationem adferebat Dicæarchus Meſſenius Ariſtotelis auditor, ἐν τῷ περὶ ἀγώνων μουσικῶν, quam ſequitur Heſiod. aliam item Ariſtoxenus & Phyllis Muſici attulerunt, vt in iiſdem Scholiis legimus. Ille ex ordine canentium, hi ex ſitu lectorum ad carmen nomen tranſtulerunt. Proclus ex geſtu canentium. Diomedes Amphibrachyn pedem ſcribit Scolium vocatum, quia habiliter componebatur Scolio, quæ erat citharæ ſpecies. Nuſquam alibi hoc legi. Fortaſſe citharæ ſpeciem pro meli ſpecie, quæ cithara fieret, poſuit. Nam in conuiuiis cithara circumferebatur σκολιῶς, ad quam & Scolia μέλη canebantur. In exemplis autem eorum Scoliorum quæ leguntur apud Euſtathium ἐν τῷ Odyſſ. apparent multi Amphibrachi. In hoc genere Scoliorum floruiſſe Braxillam, Alcæum, & Anacreontẽ prodit Athenæus lib. 15. δειπνοσοφ.

lin. 16. καὶ δ' ἐρωτικὰ] Huiuſmodi apud Anacreontem & Horatium multa. Epithalamii item & Hymenæi exſtant aliquot veterum. Tzetzes Epithalamiorum Poetas recenſet Aganæſtorem Pharſalium, & Heſiodum in Epithalamio Pelei & Thetidis, à quo fortaſſe Catullus eſt mutuatus. De Methodo autem Epithalamiorum Dion. Halicarnaſſeus in Arte, & ibidem περὶ τῶν ὑμεναίων in Methodo τῶν γαμηλίων, quibus ſubiiciuntur Hymenæi.

lin. 21. Τὸν μὲν ὑμέναιον δὲ ἐν γάμοις] Hæc ratio Etymi legitur & in Etymologico magno, ſed deprauata, quæ ex hoc loco reſtitui poterit: ab Euſtathio tamen aliter refertur in Iliad. σ'. παρειλήφθη τινὰ νεανίαν Ὑμέναιον περὶ ὥρας ἀπολέσθαι, καὶ εἶναί τινα λόγον αὐτοῦ ἐν τοῖς γάμοις ὃν καλεῖσθαι ὑμέναιον.

lin. 23. Οἱ δὲ κατὰ τιμὴν τοῦ Αττικοῦ]. Argiuum facit Euſtathius, qui ſic commemorat hoc Etymon, ἀπὸ Ὑμεναίου νεανίου τινὸς Αργείου, ὃς παραγενόμενος Αθήνας ἔπαυσε βίαν, ἣν λησταὶ Πελασγοὶ ἐποίησαν παρθένοις Αττικαῖς, αἳ γάμου τυχοῦσαι ὕστερον ἐπιδοθεῖσαι, ᾠδὴν ᾖσαν ἐπ' αὐτοῦ, ἣν ὁμωνύμως ἐκάλουν ὑμέναιον.

lin. 26. Εγὼ δ' οἶμαι] In his verbis pro συνέχεσθαι reponendum συνηύχεσθαι. Conſentanea huic illa originatio in Etymologico, ἀπὸ τοῦ ὁμονοεῖν τοὺς νυμφίους ὁμόσε ναίοντας, τροπῇ Αἰολικῇ. Nam Æoles, quod vulgo notum, ο in υ commutant. Idem alias Etymi rationes adfert, & Euſtathius, quarum nulla planè id exprimit, quod Proclus hoc loco.

lin. 32. Οἱ δὲ Σίλλος πεφασμένος] Totidem verbis leguntur hæc in Etymolo-

gico, vbi rectè πεφεισμένως eſt, quamuis poſſet reponi πεφασμένως quaſi ape
hoc facerent: ſed & illud poteſt retineri, quia τὸ σιλοῦν, vt ai Dionyſius Æli
eſt ἠρέμα παραστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ διασύρειν. Mihi certè πεφασμένως ma
arridet. Horum Poematum Homerum fuiſſe auctorem & ſæpe eo vſum do
Euſtathius in Iliad. β'. Xenophanes in eo excelluit, ſed Timo Phliaſius Pyrr
nius omnium maximè: cuius Sillorum maximam partem Diogeni Laertio
bemus.

lin. 34. διαφέρει δὲ τοῦ Ἐπικηδίου] Eadem quæ hic leguntur ad verbum in Etym
logico de Epicedio & Threno; ex quo reponendum & hic ἔτι pro ἐστὶ. vbi &
κειμένου legitur, quod hic κειμένου. Senſus conſtabit vtrouis modo. Dionyſius H
licarnaſſeus in Methodo τῶν ἐπιταφίων docet τοὺς Ἐπικηδίους & Θρήνους genera
Poematum. Euſtathius in Odyſſ. λ'. hanc differentiam exponit τοῦ Ἐπικηδίου καὶ Θ
νου. καθότι θρῆνος μέν φασιν ᾄδεται παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ ταφῆς καὶ μετὰ ταφὴν καὶ κα
ἐπιούσιον χρόνον τῆς κηδείας, ᾀδόμενος ὑπὸ θεραπαινίδων, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. ὁ δὲ Ἐπικήδειος
παινός ἐστι τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ. ὥστε συγγενῶς ἔχει ὁ Ἐπικήδει
λόγος τῷ μνηματίτῃ καὶ Ἐπιταφίῳ· οἱ μέν τοι θρῆνοι διεπίπλωσιν εἰς ἀλλόφυλον πεπτωκότες α
τοῖς παρ' Ὁμήρῳ ἀοιδοῖς θρήνων ἐξάρχοις· οἷς ἐοίκασι καὶ οἱ τοὺς ἐλεγείους ᾄδοντες.

lin. 38. Τὰ δὲ λεγόμενα Παρθένια] De his Scholiaſtes Ariſtophanis ὄρνισι, in ill
Κύκλιά τε πολλὰ καὶ καλὰ καὶ παρθένεια. Παρθένεια δ' ἃ αἱ παρθένοι ᾖδον. Non memini
plura de his legiſſe, ſed quia ſub idem Genus atque τὰ Δαφνηφορικὰ cadunt, n
magnopere laborandum, quando τῶν Δαφνηφορικῶν tam accurata afferatu
Proclo explicatio, vt nihil fere neceſſe ſit aliis illuſtrari, pauca igitur & ſtrict
attingam.

pag. 11. l. 28. Ἄστρα τε καὶ ἀστέρας] Notum ex Grammaticis & Aſtronomis ἀ
ρας ſingulas ſtellas appellari κυρίως, ἄστρα verò quæ ex multis conſtant, vt τὰ
ζῴδια.

lin. 30. Ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας παῖς] De hoc puero Pauſanias in Bœoti
quem deſcribit diligenter.

lin. 32. ὃ κωπὼ καλοῦσι] Nuſquam alibi incidi in hoc nomen. Κώπα aut κώ
περὶ τράχηλον κόσμος eſt Suidæ, vnde fortaſſe natum nomen.

lin. 35. Ἰφικρατίδας τε] De his Suidas ab Iphicrate ait hoc genus calceam
torum Atticum nomen duxiſſe. Fuerat autem nobilis ille Iphicrates patre
tore natus: citatque locum ex Damaſcii hiſtoria Philoſophica, in quo de
quo Philoſopho fortaſſe ſcripſerat, εἶπον δὲ τὰς Ἀττικὰς Ἰφικρατίδας, ἢ τὰ συνήθη
δαλα περιδεδεμένος περιενόστει. Pollux ἀπὸ τοῦ χρησαμένου Ἰφικράτους nomen ſumpt
putat.

lin. 39. Ἰσμηνίου καὶ Γαλαξίου] Iſmenio Apollini ſacram τὴν δαφνηφορίαν diſe
Pauſanias in Bœoticis.

lin. vlt. τὸ δὲ Τριποδηφορικὸν μέλος] Sup. cum proponebat Hymnorum
mas non propoſuit hoc genus τριποδηφορικὸν, nec alibi, quod ſciam, ſit
men

mentio, præterquam quod Pauſanias eodem loco, cùm Daphnophorum puerum deſcripſit, addit ab illis Daphnophoris tripodem æneum dedicari ſolitum Apollini, qualis vnus cerneretur Amphitryonis propter Herculem, qui δαφνηφόρος fuerat, Apollini conſecratus: incertum tamen eſſe an ab omnibus, an à filiis tantum locupletior dedicaretur. Ad eam dedicationem hoc genus Hymni factum credibile eſt, & quia τῆς δαφνηφορίας extremus actus erat ἡ τριποδηφορία, rectè Proclus ſup. non expreſſit nominatim hoc genus Hymni, de quo multa hic eaq; elegantiſſima leguntur.

pag.12.l.21. Ὀσχοφορικὰ μέλη] De horum Oſchophoriorum inſtitutione Plutarchus in Theſeo, & alii. Vocata ὀσχοφορία, ἀπὸ τῆς ὄσχης, id eſt, palmite onuſto vuis, vt Harpocratio, & ex illo Suidas, Heſychius, & alii; Sed an ἡ ὄσχη Hippocratis, & ὀσχέα Ariſtotelis, aut ὀσχεὸς, vt Pollux lib.II. Onomaſt. obſeruat, hoc eſt, ſinus ille quo τὰ αἰδοῖα continentur, ἀπὸ τῶν βοτρύων nomen duxerit, an contrà, incertum: vtrumque alteri ſimile. Si ἀπὸ τοῦ ὀσχεύειν deducas, vt Etymologici auctor, & alii, ab animalibus ad ſtirpes translatum erit: de quo tamen nō magnopere laborandum.

lin.26. Ἀρξαι τὸν Θησέα φασὶ] Sic & Plutarch. in Theſeo: vnde apud Harpocrationem in ὀσχοφόροι legendum: Φιλόχορος ἐν τῇ ιβ'. περὶ Θησέως λέγων. non vt in editis Θέσεως.

lin.31. δυοὶ νεανίσκοις ἐσκιατροφημένοις] Quos adoleſcentes elegerit Theſeus, qua forma, vt illos educauerit, nemo melius, nec copioſius Plutarcho. Addit Harpocratio, quod & repetit Suidas, lectos illos ἐκ τῶν γένει τε καὶ πλούτῳ προεχόντων.

lin.33. Ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ] Athenæus libro XI. ex Ariſtodemo lib.III. περὶ Πινδάρου τοῖς σκίρροις φησὶν Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμου, τρέχειν δ' αὐτοὺς ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον τὸν καλούμενον ὄσχον· τρέχουσι δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου μέχρι τοῦ τῆς Σκιρράδος Ἀθηνᾶς ἱεροῦ. De feſto Scirrhorum & Mineruæ cognomine Σκιρράδος Harpocratio & Schol. Ariſtophanis initio τῶν Ἐκκλησ. Nicandri quoq; Scholiis in Alexipharmaca, hæc illuſtrantur. Ὀσχοφόροι, inquit, λέγονται Ἀθήνησι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἁμιλλώμενοι κατὰ φυλὰς οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιρράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν.

lin.39. Καὶ τούτων ὁ πρῶτος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς] Athenæus addit hæc ex illo loco Ariſtodemi: Καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πενταπλόον καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ. πενταπλόα δ' ἡ κύλιξ καλεῖται καθόσον οἶνον ἔχει καὶ μέλι καὶ τυρὸν, καὶ ἄλφιτον καὶ ἐλαίου βραχύ.

lin.40. Εὐκτικὰ δὲ μέλη] Περὶ τῶν ὕμνων Εὐκτικῶν Menander Laodicenſis. Horum & τῶν προσευκτικῶν exempla apud veteres, vt Horatium. Huc etiam pertinent οἱ ἀπευκτικοὶ, quorum meminit idem Menander.

p.13.l.3. Πραγματικὰ δὲ ἄττινων] Eiuſmodi hymni ſunt aliquot apud Horatium, non omnes tamen Odæ, quæ inſcribuntur Πραγματικαί.

lin.4. Ἐμπορικὰ] περὶ ἀποπεμπτικῶν accuratè idem Menander, qui ἐπιλέγοντι τῶν

K

ἀποδημίαις θεῶν νομιζομέναις ἢ γινομέναις. Huiuſmodi refert editos à Bacchylide. Il-
lud tamen ὢν ἐμπελιῶν, ad homines videtur potius pertinere.

lin. 5 Ἀπευκτικὰ] Hi videntur Hymni προπεμπτικοὶ, de quibus idem Menan-
der Rhetor.

lin 8. Γνωμολογικὰ] Videntur Odæ Paræneticæ, quales Horatii multæ: n-
velis τὰς παραινέσεις Theognidis & Phocylidis accipere: quæ Hymni non erunt
quod malim, quum Proclus ſup. negauerit hæc Melica eſſe. Sic & Georg-
quorum deinceps meminit, non ſunt Melica, neque etiam τὰ Ἐπιστολικὰ: qu-
les Epiſtolæ fortaſſe Ouidii, & aliorum. Plura Odarum genera legantur
Indicibus illis Horatianis, & apud Menandrum, è quibus aliqua poſſunt
hæc reuocari: vt οἱ κλητικοὶ πρὸς τὰ Εὐκτικά.

INDE

Digitized by Google

INDEX
IN PROCLI CHRESTOMATHIAM
INQVE AD EANDEM
Notas.

A

ABire ad plures pag. 27
Adonidia mele 31. lin 36:46.70
Amorgus inſula 33
Ananias Macedonum Rex 7,31:33 *rectius Amyntas.*
Anni curſus & dies à veteribus vt ſignificati 11,31
Antimachus Epicus Poeta 6,15.20.24.65
Antiphraſis fauorabiliorem in partem plerunque tendit 10,8:49.70
Apollo, Sol 11,28
Apollo Iſmenius & Galaxius, ſeu Χαλάζιος 11,45:53.72
in Apollinem & Dianam peculiariter cantati Paanes 8,24:34
Apoſtolica mele 13,7:55.74
Archilochus Poëta 7,27:32
Arionis inuenta 8,38:9,5:39.66.67
Arion nomen adauxit 9,6
Ariſtoteles de Dithyrambi inuentione quæ tradiderit 8,38
Arne vrbs 52

B

BArbiton in compotationibus 10,13
Baubo anus 71
Bucolicorum genera 63

C

CAlculos albos ponere 11,16:53
Callimachus Poeta 7,9:29
Callinus Epheſius Poeta 7,7:28.65
Centimani gigantes 6,23:20
Chori veteres 12,41:67
Chorus iuuenum 12,25
Cæli & terræ filii 6,22
Chryſothemis poetria 8,45:67
Colophonius Poeta Ep. 20
Coma demiſſa 11,37
Corona aurea 11,38
Curetum inuentum 9,44:47.70
Cyclius chorus 8,39:37.67
Cyclopes terrigenæ 6,25:21
Cypria poemata 6,39
Cyrene 29

D

DAphnephorica mele 10,47.72
ad Deos carmina quæ relata 7,37
Dia inſula & vrbs 54
Dicendi figuræ quot & quæ 8,5
Dicere 19
Dithyrambus quale carmen 8,29:35.41.42
vbi repertus 9,26
vnde dictus 8,30:36
Dithyrambus & Nomos characteris diſcrimen quod habeant 9,17:40.68
Duplices dictiones, id eſt, compoſita 9,20

E

Elegia qualecarmen, quiq́ in eo praecelluerint 7,1:27.28
Emporica mele 13,4.73
Epica poeſis qua, & vnde dicta 6,3
Epici poetæ qui præſtantiſſ. 6,15
Epicus cyclus 6,21
Epicedion carmen 10,42:51.72
Epinicia carm. 9,47:48 70
Epiſtaltica poemata 13,11:74
Epithalamia mele 10,24:49
Epos 19
Erotica mele 10,21:71
Euctica mele 13,1:54.73

F

Floridum dicendi genus 5,19:17.62
Fuiſſe pro mortuum eſſe 27

G

Georgica poemata 13,10.55
Globuli ſeu ſphæra in daphnephoria quid ſignificent 11,23:30
Gnomologica mele 13,8:55.74
Grande dicendi genus 5,11:15.61
Græcorum fabula 21

H

Hegeſius, ſeu Hegeſinus, Salaminius poeta 6,42:26,63
Athenæo Hegeſias
Heſiodus Epicorum poſt Homerum præſtantiſſ. 6,15:20
Hipponax poeta 7,29:32
Homerus Cypria condidiſſe dicitur 6,42:24.25
Hymenæus qualecarmen 10,27:71
Hymenæus iuuenis 10,31
Hymnus, quale carmen 8,5:33.50.65
Hypophrygius modus 68
Hyporchema mele 9,41:47.70

I

Iacere 30
Iambe Threſſa 7,14:30.36.6
Iambus quale poema, unde dictum, quibus rebus adhiberi ſolitum, quiq́ in eo excelluerint 7,11:30
Imitatiua poeſis. 5,31
Impietati maxima victoria promittitur 6,12
Io Bacchus mele 9,38:70
peromium etiam apud Heſych. & Suid.
Iphicratides crepidæ 11,40:52,72

L

Laureati chori 11,1:72
ad Lyram cantatus Nomos 8,44:69

M

Medium dicendi genus 5,18:15.61
Melan fluuius 11,12:52
Melica poeſeos partes, ſectioneſq́ variæ 7,33:64
Mimnermus poeta 7,8:28
Minerua Sciriadis templum 12,39:54,73

N

Nania carmen 51
Narratiua poeſis qua 5,30:18.62
Narratiuus modus 5,30
Nomimus Apollo 8,41:37.67
rectius Nomius, alibi
Nomus quale carminis genus 8,40:37.68
vnde manarit 9,27:70
à quibus & quomodo excultus 8,45
dicendi genere quo vtatur 9,17
Nonennales ludi 11,17
Nyſa vrbs 36
Nyſæum antrum 8,31:36

O

Oleæ rami ſupplicum inſignia 52
Oracula, hexametro carmine primum reddita 6,3
Orator Demoſthenes 6,13
Orbis patulus Hor. 24
Oſchophorica mele 12,24:53.73

Pæan,

P

Paan, quale carm. 8,23:34
à Nomo vt differat 9,27:70
Panactum oppidum 12,2:53
Panyaſis Epicus poeta 6,15
Parthenia mele 10,46:72
Pelaſgi Thebas olim tenuere 11,7
vaſtant Panactum 11,8
Phiala quintupla 12,44:54.73
Philetas poeta 7,8:29
Phimonoe vates 6,3:18
alibi Phemonoe Φημονόη.
Phrygius modus 68
Phrynes poeta Mel. 9,7.39
Pindarus de dithyrambi inuentione quæ tradiderit 8,36:37
Piſander poeta 6,15:20
Plaſma 61
Poematis & orationis virtutes quæ, & quomodo differant 5,3:60.& ſeq.
Poetica alia narratoria, alia imitatoria 5,30:62
Polematas Bæot. 11,13
Pragmatica mele 13,3
Procli χρηστομαθία γραμματική 1,1
Proſodion quale carmen 8,18:33.66
Pyrrhiches inuentor 9,46:47.70

Q

Qvintupla phiala 12,44:54.73

S

SAcrilegium tectum 12,20
Satyri ſiue Satyra 6,1:18,63
Scenica poeſis quæ 6,1
Scirias Minerua 12,39:55.73
Scolion, quale carmen 10,3:48.70.& ſeq.
Sillus carmen 10,40:50.71
Simonides poeta 7,27:33
Sphæra ſeu globi quid ſignificarint in δαφνη-[φορία 11,30
Staſinus Cyprius 6,42:24.65

T

TElegonus Vlyſſis F. 6,39:22
Tenue dicendi genus 5,14:15.61
Terpander poeta 9,3:38.67
Terrigena 6,23:20
Thebæ Pelaſgis olim habitatæ 11,7
Theſei inuentum 12,30:53.73
Threnus carmen 10,42:51
ad Tibiam cantatur Nomos 8,44
Timotheus poeta Mel. 9,11:39.68
Tragœdiæ ac comœdiæ diſcrimen 18,63
Tripodiphoricon melos 11,47:72,& ſeq.

V

VIrgines è latronum manibus ereptæ 10,32:50

AVCTORES QVI A PROCL
CITANTVR.

Ariſtoteles.
Pindarus.

POETÆ QVI AB EODEM MEMO
RANTVR.

Antimachus
Archilochus
Arion

Callimachus
Callinus
Chryſothenus

Hegeſias
Heſiodus
Hipponax
Homerus

Mimnermus

Panyaſis
Philetas
Phemonoe
Phrygnes
Piſander

Simonides
Staſinus
Terpander
Timotheus

FINIS.

LVI

Digitized by Google

LVDOVICVS CARRIO BRVGENSIS ANDREÆ SCOTTO ANTVERPIENſI S. D.

TENERE *me non potui, amiciſsime Schotte, in Gregoriana iſta anni ciuilis correctione, quum hoc anno non niſi* CCCLV. *dies habuerimus, quot ante primam Cæſaris correctionem conſtat habuiſſe, quin* Cenſorinum *extorqueri mihi ſim paſſus: quod indignarer Fragmentum Grammatici neſcio cuius illi adiectum, quod pro veteris amicitiæ noſtræ iure tuum eſſe volo. Cenſorini non eſſe, aut certè ad Diei natalis librum nihil pertinere, vel ex eo vincitur, quod omnis illa de Die natali tractatio paucis illic Capitibus ſit abſoluta. Extremo etiam hoc libro Cenſorinum ſcribere memini, pauca ſupereſſe de Die ſibi dicenda: quo ſanè hoc fragmentum non facere quis non videt? Poſtremò cum ſuperiora in libris antiquiſsimis, qualem Coloniæ Agrippinæ Caroli Magni tempore ſcriptum à Melchiore Hittorpio vtendum ſumpſimus, neque capitum diſtinctionem, neque lemma vllum temerè agnoſcant: in fragmento & Capita ſint, & ibidem ſingulis Capitibus præfixum lemma. Vt interim taceam eadem pleraque omnia in libro de Die natali reperiri. Multa ſunt hic imperfecta, multa corrupta, ſed tamen, vt in optimis membranis inuenimus, ita lucem aſpicere volumus. De metris, quæ tractatio, & hic & apud optimum Grammaticum Diomedem corruptiſsima legimus, alicubi commodius diſſeremus. Tu, doctiſsime Schotte, boni conſule, & me amare perge.*

FRAGMENTVM SCRIPTOR
INCERTI,

Antea Cenſorino tributum, & cum eius De die natali libro continenter impreſſum, n correctius, & aliquot Capitibus ex veteri libro additis, auctius editum,

A LVD. CARRIONE Brugenſi.

DE NATVRALI INSTITVTIONE.
CAP. I.

I[a]NITIA rerum eadem elementa & principia dicuntur Stoici credunt tenorem atque materiam, tenorem qui reſcente materia à medio tendat ad ſummum, eadem cc creſcēte rurſus à ſummo referatur ad medium. Thales M leſius [b] aquam principium omnium rerum dixit. & alias piniones [1] ſupra retulit. Stoicorum opinio probanda: q cum arte compoſitum mundi opus conſiderarent, [c] int duxerunt naturam prouidam ac ſapientem: quam ordo impermutabilis ſtenderet: & induſtria factum pronuntiauerunt, ſiue perpetuus ſiue longæ eſt mundus, & in flammas abit, & viciſſim ex flammis renouatur [d] ac reſtit tur; durantibus tamen principiis: [2] nec recidere ad nihilum videri poteſt, qu in ſe deficit & in [e] regignitur. Et conſtat quidem quatuor elementis, terra qua, igne, aere, cuius principalem Solem quidam putant, vt Cleantes, [f] vt Ch ſippus æthera: cuius motu perenni ſubiecta tenentur [3] & adminiſtrantur. & pſe quidem æther nihil patitur, aer ætherem ſupra, infra aquam, & [4] aer ſu aquam infra terram, terra omnia ex omnium permixtione progignit, & tem rantia fouetur, intemperantia læditur. inuicem porro elementa ſuccedere interitu ſingulorum vniuerſa fieri ſempiterna manifeſtum eſt.

1. *Hæc ab aliis huc iniecta occaſionem dederunt, vt Cenſorino tribuerentur: cum non diſſimiliter eadem ſ rius tractaſſe videretur.* 2. *Hæc vulgo malè corrupta ſunt, qua à ſcriptura, qua à diſtinctione.* 3. *Reli vulgo deſunt.* 4. *Hæc corrupta ſunt. deeſt enim quod de igne dici debet: neque ſatis conſiſtunt.*

a Plutarchus περὶ ἀρεσκόντων & Vitruuius lib. 2. Archit. cap. 2. *b* Pindarus: ἄριστον μὲν ὕδωρ, &c. *c* al. id duxerunt. *d* ac reſtituitur, Poſt quod in ſe deficit. *e* al. in ſe regignitur. *f* At Chry.

DE CO

Digitized by Google

DE COELI POSITIONE.

CAP. II.

COelum [1] circulis quinque diſtinguitur: quorum duo extremi maximi, auſtralis humillimus & aquilonius excelſiſſimus. his vtrimque proximi duo paralleli vocantur, [a] æque, vt ita dixerim, diſtantes, idem tropici, idem ſolſtitiales: alter hibernus, per quem Sol tranſmittens octauam partem Capricorni ſolſtitium hibernum facit, alter æſtiuus, per quem Sol [b] octaua parte Cancri ſolſtitium æſtiuum facit. medius eſt æquinoctialis, qui octaua parte Arietis æquinoctium vernum, octaua parte Libræ autumnale conſtituit. Vt circuli cœlo, ita in terra zonæ vocantur: inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorem, quod ab his longiſſimè Sol abeſt: item extenſus in radios æquinoctiales, quod ſub vertice Solis eſt, ſub quo quidam habitare dicunt [2] cydrophe, & Æthiopiæ maximam partem. item plurimas inſulas maris rubri, aliosque vertices eminentiaſque terrarum noſtris ampliores ſub tropicis habitare nihil dubium eſt. noſter ſolſtitialis æſtiuus eſt excelſus atque arduus. diuiſi à nobis circulo æquinoctiali [3] antichthones vocantur: videntur humiles atque depreſſi, quibuſque antipodes infra ſunt. quod vt poſſe videatur efficiunt flexus obliquitateſque terrarum. Antichthones iidem [4] Antœcoe nominantur. Incipit ſignifer non ab extremo circulo nec ad extremum pertenditur, ſed ab [5] imo tropico Auſtrali brumalique eodem per æquinoctialem ad ſummum ſolſtitialem eundemque [c] æſtiualem per medium, [6] longitudinis latitudiniſque porrectus obliquum. circuli ſigniferi partes CCCLX, ſigna duodecim partium ſingula tricenarum, quorum quædam minora, quædam ampliora & [d] populo * dicuntur. ſed compenſatio quinque partes creditur applicare, vt ſint omnes ſigniferi partes CCCLXV. horum incipientia ab ariete [e] altera ſunt maſculina, altera feminina: & [7] maſculina quidem maſculorum natalibus alia feminarum conuenientia. item quartum quodque eorum aut tropicum aut ſolidum aut [f] deforme. incipiet denumeratio ab Ariete, quod ſignum tropicum eſt. tropicorum duo ſunt æquinoctialia, [8] Aries & Libra: duo ſolſtitialia, Capricornus & Cancer. tropicis proxima ſolida, antepoſita his deformia.

1. *Hæc quatuor capita quæ vulgo deſunt edimus ex v. c. item ex vetuſt. edit. Mediol.* 2. *In litura eſt hæc vox in v.c. Pithœan. & vet. edit. Cydropia.* 3 *Ita recte vet. M. male alii* actiones. 4. *In membranis* antiſchepæ, *in aliis*. antiſtochæ & antiſchepæ. 5. *Pith. & M.* intimo. 6. P. longitudo in his. * *Hæc in litura in membran.* 7. *Hæc valde praua in membranis.* 8. *Hæc deſunt membr.*

a Æquidiſtantes Manut. *b* Octauam partem cancri tranſcurrens. *c* Æſtiuum. *d* πολυνεφέες Cauchius. *e* Alterna, Cauchius. *f* biforme Cauch. vt δίσωμοι Græci. Virg. *proleſq. biformis* lib. VI.

DE STELLIS FIXIS ET STANTIBVS
CAP. III.

STellarum aliæ cum cœlo feruntur, ideoq; quod non excedunt ſuos lo[c]
fixæ nominantur: aliæ contra cœlum, & in ortus cœli eunt, ſed mundi
leritate victæ occidere videntur cum eo, quamuis curſum ſuum peragant.
maximum ſidus ætheris medii *l mite igneſcit, ſingulis diebus & noctib. pe
git ſingulas partes: ſigniferum peruadit, *a* annum. Luna de Sole flammatur. a
bit circuitu breuiſſimo terram triginta diebus, adeo vicina vertici terræ i[t]
ctaque vt in vmbram eius incidere ſoleat & videri deficere. eadem cum ſu[b]
Solem & ſubſtitit, radiis facit *b* obſcurationem, quæ defectio Solis videtur:
terim tamen caua paucioribus quàm triginta diebus circulum ſuum tranſi
Saturni ſtella per maximum ambitum fertur, ideoque tricenis menſibus ſin[gu]
lis ſignis reſiſtit, per triginta annos ſigniferum pertranſit: frigida & ſterilis,
fecunda, terris naſcentibus non ſalutaris, facit aduerſa diuina & i ſubita.
uis ſtella id ſingulis ſignis anno manet ſigniferum duodecim annis euadit,
lutaris & temperata, & vniuerſis *c* euntibus proſpera. Martis ſtella non eod[em]
ſpatio ſignis ſingulis hæret, ſed ſigniferum nouem fere annis peruagatur
gnea, intemperans & in aduerſis & in * mortalibus ſubita, vel *d* ferit reper[ti]
nis morbis vel ferro perimit. Stella Mercurii & Veneris Solem ſequuntur,
demque ſpacia cuſtodiunt. Stella Mercurii fit ſimilis illi quam videt. Vene[ris]
genitalis & roſcida & proſpera & ſalutaris. Luna globum ſuum creditur ha[be]
re, ſed ignem à Sole concipere, &, quantum percutitur, ardeſcere. quan[do]
igitur à Sole diſcedit, augetur: cum verò contra ſtetit, toto feritur aduerſo,
velut ſpeculum non vim, ſed imaginem reddit. hac vniuerſa gignentia creſce[n]
te pubeſcunt, [2]tenueſcente tenuantur. humor etiam & ſpiritus omnis augeſ[cit]
tumeſcit Oceanus, deinde cum ipſius fulgore conſidit. [3]diuerſo ergò * cœl[i]
[5] vagantium ſtellarum concurſu, quod temperatur vtrimque, deteritur, &
fra fluit: id excipit Luna, & Soli tradit: quo & animalia vigeſcunt & hum
quodam modo animatur genitali calore, &, vt ita dixerim, *e* viuo. plurim[um]
in originibus valent, quæ in ortu [6] ſunt: languent in occaſu. Ortum facit ſt[el]
la, quam Sol præterit, deinde ſtationem matutinam cum à quinto loco S[ol]
ſteterit: in eodē manet ſigno, donec ab eodē Sole moueatur. quæ contraria
Soli mane occidit oritur ſimul nocte & vocatur 7 *. deinde rurſus altero
te e à quinto ſigno deprehenſa pomeridianam ſtationem facit: donec ingr[eſ]
ſo Sole idem ſignum ſub radiis eius deliteſcat & in totum occidat. Adſpicit
inter ſe ſtellæ ex quinto ſigno, quod dicitur trigonon: & habent maxim[am]
conſenſionem. item à quarto, quod dicitur tetragonon, & [8] centrum vocat
& in alterutrum maximum præſtat effectum. item ex contrario, quod eſ[t]
ſextum ſignum, & diametron vocatur: eſtque maximè aduerſum. cætera c[on]
ſid[e]

ſident vel leuiter adſpiciunt, vt tertium quodque: *f* dicitur hexagonon. Signa tropica peregrinationibus præſunt, & omnino mobilibus,& in conſilus ſubinde variant atque permutant: biformia geminatione rerum omnium repetitionem ſignificant; & interim dilatione ſolida vehementer & inſtanter efficiunt, & ad exitum vel proſpera vel aduerſa perducunt, ſicut aſpiciuntur à ſtellis vel fauentibus vel repugnantibus. Multum tamen refert cuius quæque ſtellæ domus ſit, aliena an ipſius. domus Solis eſt Leo, Lunæ Cancer, Mercurii Virgo & Gemini, Veneris Libra & Taurus, Martis Scorpio & Aries, Iouis Sagittarius & Piſcis, Saturni Capricornus & Aquarius. Nocturnis orig nibus fauent Luna, Mars, Venus: plus die poſſunt Sol, Saturnus, Iupiter, Mercurius variè & quomodo conſenſit aut viſus eſt.

1 *Mediol. nec.* 2 *Memb. pubeſcent.* 3 *diuerſi.* 4 *q. circuli.* 5 *memb. vagantia.* 6 *aliquid deletum in libro vetere.* 7 *membr.* aronicos. *Pith. Acronicos. aronicus Mediol. Acronios in optimis eſt in litura.* 8 *Hac in membr. in litura.* 9 *Correctum in vet. libro* ſeptimum, *vti eſt in Pith. & M.*
* lumine: limine, Cauchius. *a* anno, Cauchius. *b* obſcuritatem. *c* euentibus. * mortibus, Cauchius. *d* perit Manut. fort. petit. *e* viuifico, Cauch. *f* quod dicitur.

DE TERRA. CAP. IV.

TErra omnium rerum eſt media, forma globoſa, aquis cingitur, in *a* aera prominet, excipit cœlum: aquæ omni vel *b* temperie quantum afficitur, ita quæcunq; ſuſtinet afficit & mouet. 1 Poterat finem liber plenus omnibus neceſſariis iam videri conſecutus. ſed cum & mundi dimenſiones & plurima præterea in vniuerſis rebus ratio geometrica impleuerit, pauca de numeris menſuriſque dicamus.

1 *Vel hinc videri poteſt hac à ſuperiore Cenſorini libro eſſe aliena.*
a aere. *b* tempore.

DE GEOMETRIA. CAP. V.

GEometria eſt ſcientia digerendi figuras & numeros emetiendi cum ſuis reſolutionibus. numerus eſt congregatio ſingulorum finita ſemper & infinita 1 infinita natura.

1 *Ita membrana corriguntur, vt & Pith. & M. ſed in iis ante aberat copula, &. vide Euclidem principio element. I.*

DE FORMIS. CAP. VI.

NOta eſt, cuius pars nulla eſt. Linea longitudo ſine latitudine. lineæ autem *a* finis notæ. Recta linea eſt, quæ ſuper ſe poſitis notis æquabiliter *b* poſita & ſummiſſa eſt. quod longitudinem tantum habet ſummitatis finis lineæ ſuperplana, quæ dicitur ἐπίπεδος. Summitas eſt, quæ ſuper 1 ſe poſitis rectis lineis æquabiliter poſita eſt, 2 vel quæ ſuis finibus æquabiliter poſita eſt. Pla-

Digitized by Google

nus angulus eſt, in planitie duarum linearum, non è regione poſitarum, ad num ſignum contingens curuatio. Hæ lineæ, quæ angulum continent cu rectæ ſint, is angulus rectis lineis contineri dicitur. Si recta linea ſupra recta lineam ſtans continuos angulos inter ſe pares facit, tum vterq; ex paribus a gulis rectus dicitur, & ea linea Græcè κάθετος, Latinè * norma dicitur. Rect angulus eſt modicus & ſibi congruens, hebes maior recto, acutus minor ³rect

1 *P. ſepoſitio.* 2 *Hac addunt membrana & vet. ed.* * *q normalis.* 3 *deeſt vulgo male.*

a fines Cauchius. Euclides enim γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα. *b* Cauchius ita: ſita eſt, Summitas eſt, q longitudinem tantum habet. Summitatis fines lineæ ſunt. [Plana dicitur ἐπίπεδος ſummitas eſt, &c.

DE FIGVRIS. CAP. VII.

Figura eſt, quæ aliquo fine aut aliquibus finibus continetur. Circulus eſt gura plana vna linea comprehenſa, intra quem mediæ omnes lineæ inter pares ſunt. centron eſt nota circuli medii. Diametros eſt recta linea per ce tron emiſſa, & in vtramque partem ſecans circulum. Hemicyclium eſt ci culi dimidium. Euthygrammæ formæ ſunt, quæ rectis lineis continentur. *a* Trigonum trilaterum, tetragonum quod quatuor, multilaterum, quod pl ribus, triangulum æquilaterum quod paribus trinis lateribus *b* concurrit, iſ ſceles, quod duo tantum latera paria habet: Scalenon, quod tria latera in qualia habet. Orthogonum, quod habet 1 [rectum angulum: amphigonu quod habet hinc inde angulum hebetem: ochogonon, ² quod acutos omn tres angulos habet] quadrilaterum formarum quadratum eſt, quod omn quatuor latera habet & angulos rectos: heteromeces quod nec angulos nec tera paria habet. ſcutula, id eſt, rhombos quod latera paria habet nec angul rectos ſimiles ſcutulæ: cuius contraria latera & contrarii anguli inter ſe par ³ ſunt, ſed neque æqualiter nec vndique æque rectis angulis trapecia. cæte nominantur parallelæ lineæ, quæ ſunt in eadem planitie poſitæ nunquam int ſe contingunt.

1 *His notis incluſa ab editionibus abſunt.* 2 *& hac ab editionibus abſunt.* 3 *Hac ineptiſſimè ſcribi tur vulgo.*

a Cauchius ex Euclide: τρίπλευρα quidem quod tribus; τετράπλευρα autem quod quatuor; ac πολύπλευρα quod pluribus quàm quatuor rectis lineis continetur. Triangulum, &c. *b* continetur.

DE POSTVLATIS.

CAP. VIII.

Poſtulata geometrarum ſunt quinque, vt liceat ab omni ſigno ad omne gnum rectam lineam ducere, & omnem finitam rectam lineam è regio 1 eiicere, & omni * modo ² & interuallo circulum ſcribere; ³ & omnes rect angulos inter ſe pares eſſe, & ſi in lineam recta linea immiſſa interiores ang los minores duos rectis pares fecerit, erectas lineas † concurrere, ſi parib

pa

Digitized by Google

paria adiecta fuerint, omnia paria erunt,&, ſi paribus paria demta reliqua erunt paria,& quæ eiſdem paria ſunt & inter ſe paria ſunt.

1 *Pith. ducere.* 2 *Interponunt vulgo ſigno ex interuallo.* 3 *Hæc omnia turpiſſimè vulgo corrupta ſunt.*
* Cauchius *modo* delet. † al. continere.

DE MVSICA.

CAP. IX.

PRior eſt Muſica inuentione Metrica, cum ſint enim antiquiſſimi poetarum Homerus, Heſiodus, [a] Piſander, & hos ſecuti elegiarii 1 Callimachus, Mimnermus, Euhemerus: mox Archilochus & Simonides trimetrum iambicum chorium catalecticum tetrametron compoſuerunt. Archilochus etiam commata verſibus applicando variauit. [2] Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit, Alcman numeros etiam minuit in carmen. hinc [3] poetriæ melicæ, [4] at Teleſilla etiam Argiua minutiores edidit numeros. quæ ſpecies cum iam diſpliceret,& integra breuior videretur, magnitudine Pindari aſſerta eſt. qui etiam libros [5] innumeris modis edidit. hos ſecuti Muſici [6] Timotheus & [7] Pondos & Hyperides & Follis & clariſſimus cum peritia tum eloquentia Ariſtoxenus modulati protinus cantus. [8] nec tamen non putes antiquiores cantus eſſe numeris, ſed ruſticos & inconditos: poſt quos poetica valuit veluti legitima muſica licentior magiſque modulata.

1 *In v.c.* Callinus, *ſed & ſequentia nomina ibidem corrupte*, Minerums, Eurectus. 2 *v.c.* ea potius. 3 *vulgo*, poeticæ. *Cauch.* poetæ melici. 4 *ἀπλῆς illa vulgo in membr. ἄτλως illa. ſcribe at* Teleſilla. *de qua vide Pauſaniam. Plut. de clar. mul. Lucian. in amorib. Athenæus & Hephæſt.* 5 *Recte tale eſt illud* numeri innumeri, *de quo Turneb. Aduerſ. lib.* 10. *c.* 12. 6 *Vide Suidam & Plutarchum.* 7 *Tria ſequentia nomina vereor vt recte ſe habeant.* 8 *Membrana & vetus editio*, nec tamen an non putes. *correct. in membr.*
a Terpander, Cauchius.

DE RHYTHMO.

CAP. X.

RHythmus creditur dictus à Rhythmonio Orphei filio & 1 Idomoneæ nymphæ Maricæ, vt tradit [2] Nicoſtratus libro quem compoſuit de muſico fratre Rhythmonii: * tradit Hymenæ Varrithonis autem & Chloridis Tireſæ filiæ [3] Periclymenum & Perimedē, qui primus cecinerit res geſtas heroum muſicis cantibus.

1 *Membr.* & id nomen Ænymphæ Maricæ: 2 *Vulgo* Nicratus. *membr.* Nicoſcratis, *alia* Nicoſtratus.
* *Locus fœdè corruptus. membr.* tradit Hymene Varri, Tonis. 3 *Ita v.c. vulgo*, Pendemenum, & Peridemen: *alius v.c.* Periclimenum & Perimedium.

DE MVSICA. Cap. XI.

MVſica eſt peritia faciendorum & canendorũ modorum. eius partes H monica, Organica, Cruſmatica. Cruſmata *a* pulſus decori *b* ſine carm vocantur. harmonia eſt conſonantia. organica rhythmos Græcè, modus di tur Latinè. Nominatur verſus ab eo quod fluat ſeque ipſe circumeat. mo autem eſt lex quædam & ordo vocalium interuallorum & differentia, vel Ariſtoxenus definit, non vtcunque compoſitum vocalium temporum int uallum. * *c* Carmen eſt modus motus. Tempus eſt ſyllabæ ſpatium. huiu lementum breuis ſyllaba diuiſio breuis alia longa alia & neutrius ratio eſt.

* *Hæc omnia in membranis & alibi æque atque hic corrupta.*

a al.pulſu. *b* ſine carminis, Manut. *c* Carmen eſt modus vocibus iunctus. Manut.

DE MODVLATIONE. Cap. XII.

MOdulatio eſt modorum prudens diſpoſitio. Eius tres ſpecies, *a* τόν@, χρ μα, ἁρμονία. Species carminum tredecim, ex quibus primæ ſunt, 1 Doriu Phrygium, Lydium. his acceſſerunt grauiſſimum hypodorium, mox duo pophrygii grauior & acutior, 2 [deinde hypolidi totidem & perinde grauior acutior] deinde Dorius medius, tum Phrygius grauis & alter excelſus, totid Lydii grauis & acutus, tum 3 mixolydii pari diuerſitate: poſtremus hypermi lydius acutiſſimus. Organum quondam habuit tres intentiones: g auem, n diam, & acutam. inde Muſæ quoque tres olim æſtimatæ, Hypate, Meſe, N nunc in ampliore numero ſoni conſiderantur, *b* vt ſit proſlambanomenos H pate hypaton, deinde peripate hypaton, deinde Lycanos hypaton, deinde pate, deinde hypates meſon, deinde peripate meſon, deinde Lycanos meſ deinde 4 triſcelmeumenon neteſmommenon parameſe trite dieze men paranete diezemenon, trite hyperboleon, quas animaduertiſſe cum reſonar ſuauitatis in arcu ſororis Apollinem tradunt, & 5 intendiſſe protinus cithara tum notaſſe quod adſtrictiora fila neruorum in acumen excitarentur, grauil reſponderent remiſſa, inde feciſſe tres primos, de quibus ſupra dictum hanc excepiſſe intentionem Linon, quem quidam Apollinis filium tradun nymphæ 6 Parameſæ Chryſthemidi reliquiſſe, ab ea adiunctum modum, *c* ſyneumenos dicitur: hunc numerum auxiſſe Terpandrum adiectione c zeuménou, qui primus à grauibus in acumen *d* auertitur. deinde Timoth addidit duos parameſon & hyperboleon. Initium modi dicitur dieſis dimi hemitonium, totum tonos. Toni duo & dimidius diateſſaton nominatur, & dimidius diapente, ſex diapaſon. Hæc muſicæ ſumma ſunt.

1 *De his modis Apuleius in Floridis.* 2 *Incluſa vulgo abſunt.* 3 *vulgo, meſolydii: ſed ita v.c. vt e peramixolydius, non* hypermeſolydius. 4 triteſyneumenon. neteſyneumenon. *v.c.* 5 *vulgo,* & inter potius dytarantium notaſſe. 6 *v.c.* Chryſothemidi, recte.

a ἀτόνιο@, Cauch. *b* veluti Manut. *c* συνημμένος. *d* auertit, Manut.

DE M

DE METRIS ET PEDIBVS.

Cap. XIII.

METrum Græcè, Latinè numerus vocatur. Numerus eſt æqualium pedum legitima ordinatio. huius arſis & theſis partes ſunt. Pedum ſyllabæ elementa, numeri modorum elementa, ſpatia ſyllabarum ac tempora. Pedes componuntur ex ſyllabis vt minimum binis, vt plurimum ternis, [1] incipiunt temporibus binis, ad ſex perueniunt. diſſyllabi quatuor, triſyllabi octo plures quàm duodecim eſſe non poſſunt. Pyrrhichius ex duabus breuibus : cuius exemplum, [2] Deus. Chorius ex longa & breui: vt, *Roma.* Iambus ex breui & longa: vt, *ſalus.* Spondeus ex duabus longis: vt, *vates.* Duo igitur quantitate contrarii, ſpondeus & Pyrrhichius, duorum alter, alter quatuor temporum. [3] duo in ordine, quorum vterque trinorum temporum, Iambus & chorius. ita non plures quàm quatuor pedes diſſyllabi ſunt, nec eſſe poſſunt. Trinarum ſyllabarum primus eſt dactylus : qui conſtat ex longa & duabus breuibus, cuius exemplum, [4] *Aeolus.* huic contrarius anapæſtus ex duabus breuibus & longa, vt [5] *pietas.* Amphibrachus ex breui & longa & breui: cuius exemplum, *auarus.* Brachyſyllabus ex tribus breuibus: cuius exemplum, *Cicero.* & contrarius moloſſus, ex tribus longis: cuius exemplum, *Mæcenas.* item tres quinûm temporum, Bachius ex duabus longis & breui: cuius exemplum, *Latona.* huic ordini aduerſus palimbachius ex breui & duabus longis; vt, *Aquinas.* Creticus & amphimacrus ex longa, breui, & longa: vt, *ſanitas.* duobus à quantitate contrariis brachyſyllabo & Moloſſo, quorum alter trium temporum eſt, alter ſex: [a] ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

1 *Ita optimè vet. edit. alii omnes vitioſe.* 2 *v. c.* Cato. 3 *Hæc deſunt vulgo.* 4 *v. c.* Hannibal. 5 *v. c.* Capaneus.

a Ordine ſex: Man.

DE LEGITIMIS NVMERIS.

Cap. XIV.

PRimus eſt & legitimus maximè numerus hexameter heroicus. huius pedes aut dactyli ſunt aut ſpondei : raro & in verſu extremo reperietur trochæus, huius exemplum : *Auia Pieridum peragro loca nullius ante.* Totus iſte dactylicus fuit & habuit ſummum trochæum. Sed mixtus ex ſpondeis hic erit. *Italiam fato profugus Lauinaque venit.* totus ex ſpondeis: *Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.* Hoc genus numeri pauciſſimarum duodecim ſyllabarum, plurimarum, octodecim, tempora recipit viginti quatuor, [1] interim viginti tria: [a] pedibus tribus tantum conficitur. formas excipit triginta duas, quas enumerare feſtinantibus longum eſt. Pentameter elegiacus habet exemplum : *Dum meus aſſiduo* [2] *luceat igne focus.* recipit dactylum, ſpondeum, anapæſtos duos in fine verſus,

Digitized by Google

aliquando brachyſyllabos. fit ſyllabarum pauciſſimarum duodecim, pluri
rum quatuordecim. tertium pedem ſpondæum ſemper habet, quartũ & qu
tum [b] aliquando brachyſyllabum. Trimetros iambicus Latine ſenarius d
tur: cuius exemplum, *Phaſelus iſte quem videtis hoſpites.* duodecim ſyllabar
eſt. recipit aliquando præter cæteros iambos, extremo pyrrhichion. Trime
tragicus: *Pro veſte pinnis membra textis contigit* &, *Aquilonis ſtridor gelidas mol
nines.* recipit in parte prima [c] greſſionis ſpondeum & alio loco dactylon &
napæſton & pro iambo chorium & tribrachyn. fit ſyllabarum pauciſſimar
duodecim, plurimarum ſeptemdecim. recipit tempora plurima [3] vndeuigi
pauciſſima [4] tredecim. Comicus trimetros ſolet magis in breues minui. T
metros Hipponactius pedem nouiſſimum aſſumens ſpondeum vel chori
talis eſt: *calentibuſq; lympha fontibus ſemper.* Eoſdem pedes quos reliqui trim
præter nouiſſimum, recipit & tetrametros, qui Latine quadratus vocatur, C
riacus talis eſt: *Tela famuli tela propere ſequitur me Thoas.* recipit eoſdem pe
peruenit ad ſeptem & ſemipedem, ſummum pedem [d] patitur aut creticum
dactylũ. Octonarius iambus: *Proinde & abs te regimen Argos dum eſt poteſtas
ſulendi.* Septenarius, *Hac bellicoſus. cui Pater, mater* [5] *cluet Minerua.* Conſtat ex
dibus iiſdem Ionicus ſeptenarius: *Ibant mala* [6] *viere Veneream coronam.* Ioni
maior eſt. [7] *ille ictus recrocecidit in natem ſupinus.* habet vitium in tertia ſyllaba.
nor, *Metuentis patrua verbera lingua.* [8] Percipiunt pedes, maxime pyrrhichiur
ſpondeos: & ſolent diuiſi ſyllabis longis plurium ſyllabarum pedes admitt
Ariſtophanius anapæſtus: *Axena ponti per freta Colchos denique delatus adhæſi.*
cipit pedes quaternorum temporum, omnis implet pedes [9] ſeptem & ſem
dem anapæſtus Octonarius: *Ore beato lumine volitans qui per cælum candidus e
tas.* recipit eoſdem pedes præter ſemipedem. Ariſtobolius, *Quadam terri
tua pectora tur- bat terrifico ſonitu intulit.* hic circuitus magis quàm verſus eſt.
ctylum crebrum habet, rarum ſpondeum. [10] Pæon duodenarius, *Quis m
nominans nomen* [11] *exciet, quis* [12] *tu multum inuocans incolarum fidem?* & hic
cuitus magis quàm verſus eſt. huic ſuberit denarius, *Qui repens ſemipulſus o
graui fores ſtrepitu terrent?* recipiunt pedes, creticos, chorios, ſpondeos, i
bos, brachyſyllabos, anapæſtos, vndecim ſyllabarum. Phalæcius, *Paſſe
licia mea puella.* recipit pedes ſpondeum, dactylum, creticum, palymbachi
Angelicus [13] numeros & ſyllabam coarctat hexametro: vt, *Hectoris A
dromache Pyrrhin' connubia ſeruas?* Anacreontius: *Miſeri inuidi viuimus ſ
tes.* recipit pyrrhichium, chorium, ſpondeum, brachyſyllabum, ana
ſtum, primus ſemper eſt pyrrhichius. Numerus Saturnius, *magnum nu
rum triumphat hoſtibus deuictis.* [14] Sunt qui hunc Archebolion vocant. r
pit pedem ſpondeum, iambum, pyrrhichium, chorium, dactylum, bra
ſyllabum, anapæſtum. Priapeius: *Hunc lucum tibi dedico conſecroque Priape*

tert

Digitized by Google

tertium pedem pro dactylo creticum habet, alioqui hexametros eſſet.

1 *Hac vulgo perperam.* 2 *v.c.*aſſiduus. 3 *v.c.* decem & octo. 4 *v.c.* quatuordecim. 5 *malè vulgo* Cluere venena. Varro lib. 4. de ling. Latina ex Ennii Aſota: *Ibant Malacha viere Venerea corollam palmeam:* Cauchii liber *Malacci* legit. Vide & Scal. 6 *& hoc male*, ille ictus retrocedit in nate ſupinus. 7 *Perperam vulgo*, præcipiunt inſerere. 8 *vulgo, præter ſemipedem.* 9 *vulgo* pene duodenarius. 10 *vulgo male* excitet. 11 *vulgo*, quemuis tumultum *peſſimè*. *Manut.* tumultu. 12 numeratus ſyllabam coartat. *vet. lib.* 13 *vulgo.* Ariſtolochium. *Membrana* Ariſtodolium.

a ſedibus conficit. Manut. *b* quintum anapæſtum : quintum tamen aliquando brachy. Sic Cauch. *c* ſcanſionis, Manut. *d* petit.

DE NVMERIS SIMPLICIBVS.

CAP. XV.

PYrrhichius, *Rapite, agite, ruite celeripedes.* Contrarius eſt huic & duodecaſyllabos ſpondaicus *Olli crateribus ex auratis hauſerunt.* Dactylicus; *a Puluerulenta putrem ſonitu quatit vngula campum.* Amphibrachus non facit numerum. Anapæſtus: *Agilis ſonipes rapitur celeri ſonitu* 1 *trepidans.* Creticus *Horridi* b *tranſeunt ad pedes ex equis.* Palymbachius, *Amicos ad hanc rem ſi voles aduoca.* Bacchius non facit numerum. Moloſſus idem eſt qui [2] ſpondiaſon. Nunc quemadmodum à principali heroico plures numeri transfigurantur oſtendam. ac primus trimetrus fit heroicus ſpondiaſon: *Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.* Syllabam vnam, quæ eſt [3] ante extremam, ex longa contraho : vt *Ciues Romani tunc facti ſunt Appuli.* & eſſe cœpit trimetron. Elegiacum tranſibit, *Bella per Emathios*, turſus ad pentametros, vt componam heroicos, ſumo partem poſteriorem. *Dum meus* [4] *aſſiduo luceat igne focus*, & compono. *Luceat igne focus Troiæ qui primus ab oris*, phalæcium numerum qui eſt *Altis flumina vallibus tumeſcunt*, inſertis verbis facio heroicum, *Altis flumina prodita vallibus inde tumeſcunt.* Ionicus eſt, *metuentis patrua verbera linguæ*, [5] adiiciam trinas verbis ſingulis ſyllabas: *Nunc metuentis nunc patruæ verbera linguæ.* verto *Italiam fato profugus Lauinaq;* [6] *venit:* Ariſtophanius fit heroico: *Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris.* Numerum angelicum ſyllaba breuiata eſſe monſtraui heroicum : item Priapeum : ſi ſyllabam ſurripias, fit heroicum.

1 *vulgo*, crepitans. 2 *ita ſemper membrana, non* ſpondaicum. 3 *vulgo*, extrema. 4 *v.c.* aſſiduus. 5 *reliqua deſunt v.c. & videntur excidiſſe quatuor paginæ.* 6 *vulgo, cepit.*

a Virgil. lib. VIII. *Quadrupedante putrem*, &c. ex Ennio lib. 17. vt ait Macrob. lib. 7. *b* transferunt ſe ad. Cauch.

INDEX RERVM ET VERBORV[M] IN FRAGMENTVM.

Numerus prior paginam, alter caput inſignit.

A

Æquinoctium autumnale 81.2
  Vernum ibid.
Aether elementum 81.1
Aether & aer ibid.
Amphibrachus pes 87.13
Amphibrachus non facit numerum 89.15
Amphigonum 84.7
Amphimacrus pes 87.13
Anacreontius verſus 88.14
Anapæſtus Ariſtophanius 88.14
Anapæſtus numerus 89.15
Anapæſtus pes 87.13
Anapæſtus octonarius 88.14
Angelicus verſus ibid.
Angulus planus 74.7
  rectus 84.6
  hebes ibid.
  acutus ibid.
Antichthones 81.2
Antipodes ibid.
Apollo 86.12
Aqua, omnium rerum principium 80.1
Aquarius & Capricornus domus Saturni 83.3
Aries ſignum tropicum 81.3
Aries & Scorpio domus Martis 83.3
Ariſtobulius 88.14
Ariſtolochius verſ. ſeu Archebolius ibid.
Ariſtophanius verſus ibid.
Arſis 86.12

B

Bacchius pes 8[…]
Bacchius non facit numerum 8[…]
Brachyſyllabus pes 8[…]

C

Cæli poſitio
  Cancer domus Lunæ
Cantus initio ruſticus & inconditus
Capricornus & Aquarius domus Sat[urni] 83.3
Carmen, quid?
Carminis Anacreontii pedes
  Anapæſti Ariſtophanii
  Anapæſti Octonarii
  Angelici
  Ariſtobulii
  Ariſtolochii, ſeu Archebolii
  Choriaci
  Comici
  Denarii
  Elegiaci
  Heroici
  Hipponactii
  Iambici ſenarii
  Ionici maioris
  Ionici minoris
  Octonarii
  Pæonis duodenarii
  Pentametri
  Phalæcii
  Priapeii

Digitized by Google

Saturnii ibid.
Septenarii 88.14
Tragici ibid.
Carminum varia genera 86.12
Centrum 83.3:84.7
Chloris Tireſii filia 85.10
Choriacus tetrametrus 88.14
Chorius pes 87.13
Χρῶμα ſpecies modulationis 86.12
Circuli quinque cæli 81.2
Circulus quid apud Geometras 83.3
Comicus trimetros 88.14
Creticus pes 87.13
Creticus numerus 89.15
Cruſmatica pars Muſicæ 86.11
Cruſmata quid ibid.
Cydrophe 81.1

D

Dactylus pes 87.13
Dactylicus verſus 87.14
Numerus 89.15
Denarius verſus 88.14
Diametros quid 83.3:84.7
Diapaſon 86.12
Diapente ibid.
Diateſſaron ibid.
Diecis ibid.
Dodecaſyllabos ſpondiaſon 89
Domus Iouis 83.3
Lunæ ibid.
Martis ibid.
Mercurii ibid.
Saturni ibid.
Solis ibid.
Veneris ibid.
Dorium carmen 86.12
Duodenarius verſus 88.14

E

Elegiacus Pentameter 88.14
Elementa, quæ & principia rerum dicuntur 80.1
Euthygrammæ formæ 84.7

F

Figura apud Geometras quid 84.7
Fulli Muſicus 85.9

G

Gemini & Virgo domus Mercurii 83.3
Geometria, quid 83.5
Geometrarum poſtulata quot 85.8

H

Harmonica pars Muſicæ 86.11
Harmonia ſpecies modulationis 86.12
Hemicyclus quid 84.7
Hemitonium quid 86.12
Heroici carminis pedes 87.14
Heterometes 84.7
Hexagonum 83.3
Hexameter heroicus 87.14
Hymena 85.10
Hypate Muſa 85.12
Hypermixolydius modus ibid.
Hypodorium carmen ibid.
Hypolydii modi ibid.
Hypophrygii modi ibid.

I

Iambus pes 87.13
Iambicus trimetros 88.14
Idmonea Nympha 85.10
Ionicus ſeptenarius 88.14
Ionicus maior ibid.
Ionicus minor ibid.
Iſoſceles 84.7

K

Κάθετος, quid 84.6

L

Leo domus Solis 83.3
Libra & Taurus domus Veneris ibid.
Linea, quid 83.5
Linea recta ibid.
plana 84.6

normalis ibid.
Linus Apollinis filius 86.12
Luna creſcente vniuerſa gignentia pubeſcunt, eadem tumeſcente tequantur 82.3
Luna de Sole flammatur ibid.
Lunæ curſus ibid.
Luna ignem à Sole concipit ibid.
Luna quot diebus ſuum menſem conficit ib.
Lydium carmen 86.12.

M

Mete, nomen Muſæ 86.12
Metrum, Latinè numerus 87.13
Mixolydii modi 86.12
Modulatio, quid ibid.
Modulationis tres ſpecies ibid.
Modus, quid 86.11
Moloſſus pes 87.13
Moloſſicus idem & ſpondiaſon 89.14
Mult laterum, quid 84.7
Muſica, quid 86.11
Muſica prior inuentione metrica 85.9
Muſicæ partes 86.11
Muſici quidam clariſſimi 85.9
Muſicis cantibus quis primus cecinerit res geſtas heroum 86.10
Muſicus frater Rhythmonii ibid.

N

Natura prouida ac ſapiens 80.1
Nete, nomen Muſæ 86.12
Normalis linea 84.6
Nota, quid 83.6
Numerus, quid 83.5
Numerus, Gr. metrum 86.12
Numerus legitimus, quis 87.13

O

Ocogonum 85.8
Octonarius verſus 88.14
Orthogonum 84.7
Organi tres intentiones 86.12
Organica pars Muſicæ 86.11

Originibus hominum nocturnis quæ ſig faueant, quæq; diurnis 83

P

Paon duodenarius 88
Palimbacchius, pes 87.
Palimbacchius, numerus 89.
Paralleli 81.2.8.
Parameſa, Nympha 86
Pedes ex ſyllabis componuntur il
Pedes diſſyllabi 87.
Pedes triſyllabi i
Pentameter, verſus 88
Penidymenus 8
Perimedes i
Phalecius verſus 88
Phalecius numerus 8
Phrygium carmen 86
Piſces & Sagittarius, domus Iouis
Poetæ antiquiſſimi
Poetica licentior Muſica
Poetica poſt cantus valuit
Pondos Muſicus
Poſtulata Geometrarum quot
Priapeius verſus 8
Principia rerum eadem & elementa
Pyrrhichius pes 8
Pyrrhichius numerus 8

Q

Quadratum quid
Quadratus verſus
Quadrilaterum

R

Rhombus
Rhythmus, quid
Rhythmus, vnde dictus
Rhythmonius Orphei filius

S

Sagittarius & Piſces domus Iouis
Saturnius numerus
Scalenum, quid

Digitized by Google

Scorpio & Aries, domus Martis 83.3
Scutula, ſeu rhombus 84.7
Septenarius verſus 88.14
Signa diurnis originibus fauentia 83.3
nocturnis ibid.
Signa feminina 81.2
maſculina ibid.
Signa tropica peregrinationib. præſunt 83.3
Solis curſus 82.3
Solis defectio ibid.
Sol, maximum ſidus ibid.
Sol principale elementum 80.1
Solſtitium æſtiuum 81.11
Solſtitium hibernum ibid.
Spondiaſon, numerus 88.14
Spondiacus trimetros 87.14
Spondeus pes 87.13
Stella quæ ortum facit 82.3
Stella Iouis ibid.
Martis ibid.
Mercurii ibid.
Saturni ibid.
Veneris ibid.
Stellæ fixæ & ſtantes ibid.
Stellarum domus 83.3
Stoicorum opinio de principiis rerum 80.1

T

Tempus, quid in carmine 86.11
Terpander 88.12
Terra, elementum 80.1:83.3
Tetragonum 83.3:84.7
Tetrametros choriacus 88.14
Theſis 88.12
Timotheus Muſicus 85.9:86.12
Τόνος, ſpecies modulationis ibid.
Tonus, quid ibid.
Tragicus trimetros 88.14
Trapezia 84.7
Triangulum æquilaterum ibid.
Trigonum 83.3:84.7
Trilaterum ibid.
Trimetros Comicus 88.14
Hipponactius ibid.
Iambicus ibid.
Tragicus ibid.
Tropici 81.2
Tropicorum ſigna æquinoctialia duo ibi.
Tropicorum ſigna ſolſtitialia duo ibid.

V

Varrithon 85.10
Verſus unde dictus 86.11
Verſuum genera, vide Carminis.
Virgo & Gemini, domus Mercurii 83.3

Z

Zona 81.2

INDEX AVCTORVM HOC IN FRAGMENTO NOMINATORVM.

A

ALcman 85.9
Archilochus ibid.
Ariſtoxenus ib.& 86.11

C

Callimachus 85.9
Cleanthes 80.1
Chryſippus ibid.

E

Euhemerus 85.9
Eupolis ibid.

F

Follis ibid.

H

Heſiodus ibid.
Homerus ibid.
Hyperides ibid.

M

Mimnermus il

N

Nicoſtratus libro, quem compoſui muſico fratre Rhythmonii 85

P

Pindarus
Piſander i
Pondos i

S

Simonides i

T

Teleſilla Argiua i
Terpander
Thales Mileſius
Timotheus

FINIS.

P E

PET. IOAN. NVNNESII IN CENSORINO FALSO' ADIECTA FRAGMENTA NOTATIONES.

CAP. I.

STOICI *credunt tenorem & materiam*] Veteres ferè omnes referunt à Stoicis initia rerum conſtituta τὸν θεὸν & ὕλην: vt hinc fortaſſe quiſpiam potuerit pro *tenorem* reponere litteris Latinis *theon*; nil tamen muto. nam Stoici θεὸν faciebant τὸ πνεῦμα νοερὸν διῆκον διὰ πάντων, vt eſſet τὸ πνεῦμα σωματῶδες ex igne & aere concretum: cui tribuebant τὴν αὐτοπεριέχειαν διὰ τῆς ὕλης, vt docet Alexander Aphrodiſieſis in libello aureolo de miſtione, melius certè quàm ceteri, qui antiquorum Philoſophorum ſententias Phyſicas collegerunt. Huic ſententiæ optimè quadrat hic locus. Huc etiam ſpectat & ille ex Prolegomenis anonymi cuiuſdam in Aratum cap. περὶ ἀρχῆς: τὸ δὲ πνεῦμα τὸ θεῖον ἐμπνεῖον ὠστίκησε τὸ πᾶν διαστῆσαν καὶ ἀφορίσαν ἀπ' ἀλλήλων τὰ στοιχεῖα. Illud quoque Virgilii vulgo notum eodem referendum *ſpiritus intus alit*, &c.

Aer atherem ſupra] Ita planè legerem: *Aer atherem ſupra, infra aquam, aqua infra terram, terra omnia*, &c. Nam quod requirat hic ſphæram ignis Carrio nõ, eſt neceſſe, cum ſententiæ Stoicorum commemorentur hoc loco, ſolus autem è Philoſophis veterib. Ariſtoteles præter cœleſtes ſingulis elementis ſuas ſphæras attribuerit, vt teſtatur Achilles Statius ἐν τοῖς προλεγομένοις in Arati Phænomena, Cap. περὶ τῆς συστάσεως τῶν ὅλων.

CAP. II. *Extremi maximi*] Legendum *maximè*; quod hi duo circuli longius ceteris parallelis vertices verſus collocentur. Adſcribatur hoc erratum librario.

Antoecae], in Membranis *antiſchepæ*: quod libenter retinerem detrita aſpiratione, niſi me noua forma nominis deterreret, vt quemadmodum Cleomedes ἀντίπους ab aliis appellatos eſſe ait; & M. Tullius. VI. de Republ. *auerſos* eoſdem, non vt vulgo legitur, *aduerſos* nominat; ſic *antiſcepa* dicerentur, quod auerſi cõtrarios polos ſpectent, qui ſi in eodem hemiſphęrio ſint *antochthones*, melius certè & verius quàm *antichthones* nominarentur, vt legitur apud eundẽ Achillem Statium. Nam de nominis nouitate non magnopere laborandũ. M. Tullius ἀντίζονα appellat verticem noſtro aduerſum: nuſquam quod ſciam alibi lectũ hoc:

Digitized by Google

nomen: nil tamen aptius. *Vrſa* namq; *maior* aut certè, *Helice*, quam Græci
mum in nauigando reſpexiſſe dicuntur, *ἁμάξης* nomine ab Homero & aliis
catur, vt rectè alter vertex *ἀντίζων*, quaſi *currui contrarius* dicatur: quin & idē
Tullius *axim* pro vertice Septentrionali in Tuſculanis vſurpare diſerte videt
Fruſtra igitur videntur homines eruditi, repugnantibus etiam codicib. MM.
illud nomen exterminaſſe. De *Antichthonum* autem & *Antipodum* nominib
quàm variè à Scriptoribus vſurpentur, nos alibi copioſius.

aut ſolidum aut deforme] *biforme* ex eodem Scriptore cap. 3. reponendum, a
ex Ptolemęo lib. 1. τῆς τετραβίβλου vbi *δίσωμα* ea ſigna vocat, & rationem eius non
nis declarat, cum eandem prorſus diuiſionē τῶν δωδεκατημορίων afferat. Ptolemæ
tamen duo tantum ſigna Tropica facit, Cancri ſcil. & Capricorni, reliqua d
ἰσημερινά, Arietis nimirum & libræ: at noſter hæc quatuor Tropica appellat.
his perſpicuum in extremo item capite legendum eſſe *biformia*, vbi vulgo *defo-*
mia editum.

CAP. III. *Vniuerſis euntibus proſpera*] Videtur ex compendio ſcripturæ hic e
ror manaſſe. Reſtituo *exiſtentibus*, vt tum loquebantur, id eſt τοῖς οὖσι aut τοῖς
γενομένοις.

nouem fere annis] Cuius fuerit hæc ſententia requirendum. Ab opinione p
blica longiſſimè abhorret. Ex notis autem numerorum facillimè errata mult
naſcuntur.

CAP. VI. *Et ſummiſſa eſt*] Lego *eſt*, deinde interpoſita τῇ πλείᾳ στιγμῇ *ſummi*
tas eſt, quod longitudinem & latitudinem tantum habet. Summitatis fines lineæ. Supe
plana, quæ dicitur ἐπίπεδος, ſummitas eſt, quæ ſuper ſe poſitis, &c. Ex Euclide ſic hæ
reſtituenda, atque hac interpunctione, alioqui deeſſet definitio τῆς ἐπιφανεία
καθόλου, quam hic *ſummitatem* Latinè interpretatur, vt ille anonymus, qui de ge
neрib. lineamentorum circumfertur cum Scriptoribus de conditionibus agro
rum. Nam quod ἐπίπεδον *ſuperplanam* vno verbo reddiderit, conſentit proxima
definitioni lineæ rectæ, in qua τῆς ἐπιπροσθείας conuerterat.

Super ſe poſitis] *Sepoſitis* enim nullo modo poteſt conſtare. Eſt autem definitio
lineæ rectæ, quæ ab hoc effertur conflata ex vulgata Euclidis, & illa Platonis εὐ-
θεῖα ἐστιν ἧς τὸ μέσον τοῖς ἄκροις ἐπιπροσθεῖ ab eodem fonte fluxiſſe videtur, & quę hoc
loco legitur definitio *planæ ſummitatis*.

CAP. VII. ſic hæc legenda: *orthogonion, quod habet rectum angulum: amblygo-*
nion, quod habet vnum angulum hebetem: oxigonion, quod acutos omnes tres angulos ha-
bet. Quadrilaterarum formarum quadratum eſt, quod omnia quatuor latera paria habet,
& angulos rectos: heteromeres, quod rectos angulos nec latera paria habet: ſcutula, id eſt,
rhombos, quod latera paria habet, nec angulos rectos: ſimile ſcutulæ, cuius contraria latera,
& contrarii anguli inter ſe pares ſunt: ſed neq; æqualiter, nec vndique æque rectis angulis:
Trapezia cætera nominantur. In his τὸ ῥομβοειδὲς *ſimile ſcutulæ* interpretatur, vt τὸ ῥόμ-
βον, ſcutulam.

CAP.

CAP. VIII. *& omni modo*] *centro* legitur apud Euclidem, & reliquos geometras. Fortaſſe *medio* pro *centro* ſcripſerat auctor: quod non magnopere probo. Paullo poſt reponend. *etſi in lineas rectas linea immiſſa interiores angulos minores duobus rectis fecerit, eiectas lineas concurrere*. hoc loco interponendum eſſet, *communes animi conceptiones*; ut appoſitè cohærerent hæc cum iis, quæ ſequuntur, ut legitur etiam in illis fragmentis, quæ addita ſunt ſcriptoribus de conditionibus agrorum.

CAP. IX. Multa deprauata: primo aditu oratio ambigua, diſtinguenda ſic, vt τὸ *Muſica* auferendi caſus ſit, & τὸ *metrica* rectus. Separat autem *metricam* à *Muſica* ſemper contra ſententiam Ariſtoxeni & aliorum veterum muſicorum [*Callimachus.*] *Callinus* rectum erat, & propius abeſt à lectione V.C. *Callini* autem Epheſii, ut antiquiſſimi ſcriptoris elegiarum ſit mentio apud Proclum ἐν τῷ περὶ χρηστομαθίας τῆς γραμματικῆς, & Callimachi Cyrenaici, vt poſterioris: inter quos interiecti ibi *Mimnermus Colophonius* & *Philetas* Telephi F. Conſ. Meminit & huius *Callini* Athenæus & Stobæus: meminerunt & alii, & Marius Victorinus in Metricis; quamuis apud hunc falſo irrepſit *Callinous* pro *Callinus*. De tertio quid afferam, incertum V. C. *Eureſtus*, ex quo factum *Euhemerus*, non malè. In collectaneis tamen Suidæ duo *Eueni* Parii elegiarum ſcriptores diſertè deſcribuntur. Fuit & alius *Eumelus*. *Euenus* libentius reponerem. Et *Simonides*. Amorginus, aut, ut alii volunt, *Samius*, non *Ceus* Lyricus Procli ἀποσπασμάτιον ἐκ τῆς χρηστομάθ. τῆς γραμματικῆς. Deinceps ſic legi poſſe videtur: *& choricon catalecticonq́ tetrametron compoſuerunt*. Nam à Seruio in Centimetro dicitur Archilochus *choricum* hoc eſt trochaicum catalecticum trimetron & tetrametron aut reperiſſe aut certe frequentaſſe. [*Eupolis*] V. C. *ea potius*. *Eupolis* non congruit. Nam etſi in comœdia antiqua aliqua fuit varietas numerorum, ut in choris & ἐπὶ τῆς σκηνῆς, non tamen tanta, quantam inuexiſſe legimus Archilochum, in didaſcalicis metricæ Victorini. Mallem *Epodos*: quod perbelle ſenſui & hiſtoriæ conuenit. Nam ut ſcribit idem Victorinus Archilochus primus epodos excitauit, alios breuiores, alios longiores, detrahens vnum pedem ſeu colum metro. Eius varietatis aliquot genera imitatus Horatius in epodis. Nam proodici verſus magnam partem integris verſibus ſcribuntur; non commatis, neque colis vt epodi. [*Numeros etiam minuit in carnem.*] id eſt, dum ſtudet lyra canere, & verſus ei accommodare, commatis & colis pro integris verſibus vſus eſt. [*Hinc poëtria melica*] Malim *Poëtice melice*, meliori & veriori ſenſu, quaſi dicat, hoc inuento Alcmanis, natam eam ſpeciem poëticæ quam melicem, hoc eſt, Lyricam veteres appellant. [*Libros innumeris modis.*] Dithyrambos Pindari videtur plane ſignificare; quo genere Lyricorum nullum fuit liberius. Hinc numeri illi *lege ſoluti ferri*, à noſtro Poëta dicuntur. Eruditiſſime Carrio τὸ *innumeris* expoſuit. [*Et pondos.*] Quis manus his admoueat? frontem perfricui. Coniecturis ludendum, dum meliora contingant. Pro *& Pondos Terpandros* reponerem veteri declina-

Digitized by Google

tione vt *Alexandros* pro *Alexander*, de qua Cariſius & alii. *Terpandri* autem nomen in Muſicis clariſſimum. [*Et Hyperides*.] *Hyperidem* muſicum nuſquam leg mutare non audeo. Sed quoniam τὸ d, pro, cl, vitio librariorum plerumque occurrit, Ἱπποκλείδην an *Hippoclides* legi poſſit, qui vt ὀρχηστὴς nobilis laudatur ab Athenæo: ἡ δ' ὀρχηστική ſubiecta muſicæ ex veterum decretis. *Eraſtocles* longius abeſt ab *Hypericles*: At is inter antiquos muſicos ab Ariſtoxeno refertur. Omnia incerta. [*Et Follis.*] retineri fortaſſe poteſt. Nam vt ἀπὸ τοῦ φύλλου *folium* latinè, ſic ἀπὸ τοῦ φύλλις, quam Athenæus ſemel atque iterum in Muſicis antiquis recenſet, fieri potuit *Follis*. *Phrynis* nobilioris muſici nomen, ſed longiùs à nomine *Follis* diſcederemus [pro his Cauchius legendum cenſebat, *Hipponax, & Hyperides & Phyllis* è Plutarcho] Clauſula capitis ſic interpungenda: *Poſt quos Poëtica valuit velut legitima, Muſica licentior, magiſq; modulata*, quaſi dicat: poſt τὰς αὐτοσχεδίους ᾠδὰς exſtitit Poëtica metris tamquam legibus numerorum adſtricta: nam & idem auctor cap. 13. numerum definit legitimam ordinationem æqualium pedum; metrumq; numerum eodem loco interpretatur: at Muſica, quam & ſupra disiunxerat à metrica & poëtica, licentior eſt, liberiusque ingreditur, modulis potius excurrens, quàm legibus numerorum impedita.

CAP X. Aliqua ex hiſtoria nota nomina, multo plura obſcura, & cùm alia aliis accommodantur, omnia deſperatiſſima, ad Apollinem aut Aeſculapium reiicienda.

CAP. XI. *Eius partes harmonica. organica.*] Ariſtoxenus quatuor facit partes Muſicæ, Harmonicam, Rhythmicam, Metricam, & Organicam. Quidam, vt obſeruat Ariſtides, Metricam ſubiecerunt Rhythmicæ. Caſſiodorus in his non numerat Organicam: alii his quatuor duas addiderunt, *Poëticam* & ὀρχηστικήν. Ariſtides aliam diuiſionem altiùs repetitam inuexit, quam ſequitur Felix Capella, noſter quid ſequatur in hac partitione nondum mihi liquet. Iam q; in partitione proponenda *Organica* pro *Rhythmica* repoſitum, non video quî poſſit ſtare: quod vt probabile videretur infra editum. *Organica rhythmos Græcè, modus dicitur latinè*: at quis organicam vnquam Rhythmon nominavit? *Rhythmica* igitur aſſererem, vt in Baſilienſi editione, vt minus ineptire videatur hic auctor, quicunq; ſit. Sed vt hæc ita ſint adhuc omnia in tenebris & tetra caligine. *Cruſmata pulſus decori ſine carmine*] ſic & Ariſtides docet κρούσματα vocati quæ ἄνευ τῆς λέξεως μετὰ ῥυθμοῦ δὲ ἢ μέλους canuntur, & in fragmento veteri ex Ælio quodam Feſto ſic legitur ᾠδὴ eſt dulcedine ſoni verbum lexiſue pronunciata. Nam ſi ſine verbo ſonus pronuncietur, κροῦσμα dicetur. Quare *ſine carmine* hic valebit ἄνευ τῆς λέξεως aut certè ἄνευ τῆς ᾠδῆς [*Harmonia eſt conſonantia organica.*] Ita plane legendum videtur ſublata τῇ πλείᾳ στιγμῇ quæ in medio hæſerat. Deinde *rhythmos Græcè* &c. vt in editione Baſilienſi. *Carmen eſt modus vocibus iunctus, cuius diſtri-*

Digitized by Google

diſcrimina cantus, modus, motus.] ita in Baſilienſi nil muto, etenim ἡ ᾠδὴ vt antea definiebamus ex Ælio Aphthonio Feſto, eſt dulcedine ſoni verbum, lexi ue pronunciata: vt cùm carmina lyricorum, quæ odæ propriè vocantur, canuntur ad lyram aut aſſa etiam voce, conſtat illa quidem verbis, in quibus canendis opus eſt cantu, id eſt, harmonia ad intenſionem, & remiſſionē ſonorum, & modo, id eſt, rhythmo ad ratam ἀναλογίαν in ſonorum tarditate & velocitate & motu ſiue greſſione, vt hic ipſe loquitur vltimo capite, ſic Græci βάσει quæ fit proprie pedibus metrorum. Hæc Ariſtidi item conſentiunt, & quod maius, veritati, & iis, quæ deinceps ſequuntur, nam cum motum tempore metiamur perbelle ſequitur, vt de motu pedum in metris. *Tempus eſt ſyllabæ ſpatium: huius elementum breuis ſyllaba: diviſio, brevis alia longa alia & neutrius ratio eſt.* Hoc poſterius accipio de ſyllabis, quæ ancipites aut δίχρονοι appellantur: Ita emerſimus.

CAP. XII. *eius tres ſpecies* τόνος, χρῶμα ἁρμονία.] Hæc τῆς ἁρμονίας genera ſunt Ariſtoxeno, Ptolemæo, Cleonidi, quem vulgus falſo *Euclidem* appellat & alii. In his noſter auctor ſimplicia tantum genera proponit. Eſt enim κοινὸν aut mixtum ex his, vt Cleonides & alii docent. τόνον autem poſuit pro diaconico, vt τὸ χρῶμα pro Chromatico, & Harmoniam pro Enharmonico, quod extremum familiare Plutarcho. [*Species carminum tredecim.*] Carmen hic ἀντὶ τοῦ τόνου omnino accipit, & in tonorum numero Ariſtocheni ſententiam ſequitur. Nam, vt inquit Ariſtides, Quinctilianus, οἱ νεώτεροι quindecim eorum genera fecerunt. [*His acceſſerunt*] Ita vt cū iis etiam numerentur, ceteroqui falſa oratio. [*Grauiſſimū hypodorion*] Iidē verbis & eodē ordine recenſentur hæc genera ab Ariſtide ex Ariſtoxeno interpoſitis duobus hypolydiis, ut in editione doctiſſimi Carrionis. Nam quod *meſolydii* legitur in V.C. male, [*peramixolydii*] ferri poſſet pro *hypermixolydiis*. Sed hoc vſitatius. [*In ampliori numero*] τῶν φθόγγων αἱ δυνάμεις φύσει ἄπειροι ait Ariſtides: ſed ſi genera harmoniæ miſceat viginti octo ſunt, ſuis nominibus diſtinctæ, vt apud eundem Ariſtidem, Cleonidem, & alios leguntur: ſi cuique tamen generi ſeparatim ſuas attribuas, decem & octo tantum ſunt, quas videtur ſignificaſſe hic auctor, quamquā deſunt aliquot in editione etiam Lud. Carrionis. Sic igitur reſtituenda: *vt ſit proſlambanomenos hypate hypaton, deinde parhypate hypaton, lychanos hypaton deinde hypate, deinde hypate meſon, deinde parhypate meſon, deinde lichanos meſon, deinde meſe, trite ſynemmenō, paranete ſynemmenon nete ſynemmenon, parameſe, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, nete diezeugmenon, trite hyperbolæon, paranete hyperbolæon, nete hyperbolæon,* [*Chryſthemide*] *Chryſothemidi* V.C. recte. Nam *Chryſothemis* Cretenſis primus τοὺς νόμους reperit, quod inuentum auxit & perfecit Terpander. Procl. in χρηστομαθείᾳ τῆς γραμματικῆς. reliqua huius capitis ex his emendari & percipi facile poſſunt.

N 2

CAP. XIII. *Numerus eſt æqualium pedum legitima ordinatio.*] Legendum v d. tur *legitimorumq́ ordinatio.* Nam in omni metrorum genere non ſoli legitir pedes adhibentur, ſed illi etiam, in quos diſſolui poſſunt, qui *illis æquales* hoc l co dicuntur: vt in iambico & iambi & ſpondei, & iambis æquales trochæi, ſpondeis dactyli atque anapæſti, quamuis non in omni genere par licentia Metrici docent. [*Huius arſis & theſis partes ſunt.*] Melius *horum*: quia *arſis* & *th* proprie pedum ſunt, quibus hi nituntur in metris, atque formantur, vt ait V ctorinus; ſed quoniam ratio arſeωs & theſeωs etiam ad dipodias transfertur, idem docet, retineri poſſe videtur *huius*, vt quod partis proprium eſt, ad totu transferatur. [*Pedum ſyllaba elementa*] ſic lego & interpungo, ut in Baſilienſi e tione: *pedum ſyllaba, elementa numerorum; modorum elementa, ſpatia ſyllabarum, tempora. Numeri* enim, id eſt, metra ut hic loquitur ἀναλύονται in ſyllabas ta quam in elementa. Nam etſi ſyllabæ diſſoluuntur iterum in eleme ta, ex quibus conflatæ ſunt, & afferunt illa multum præſidii ad rati nem metricam: tamen poteſt metrica diſciplina citra illorum element rum intelligentiã conſiſtere & tradi, ut fecit Hephæſtio in ſuis metricis, qua quam Terentianus & Victorinus altius metricorum initium à litterarum ſiue lementorum expoſitione repetiuerunt, vt Ariſtides cum quinq; partes metri feciſſet primam elementis ſiue litteris tribuit: & Ariſtoteles his antiquio Poëticis differentias elementorum, id eſt, litterarum ad metricos reiicit. S hæc nimis multa. Redeo ad illud: [*modorum elementa, ſpatia ſyllabarum ac tempo* recte vero etenim ſi modi huic ſcriptori rhythmi ſunt, & in dactylo, iambo, pæone omnes differentiæ rhythmorum, vt tradunt metrici, atque in his tri ratio par, dupla, aut ſeſqui, rationes autem has metimur ſpatiis temporum, q notantur in ſyllabis, meritò modorum elementa dicuntur τὰ διαςήματα ſylla rum ac temporum, vt exempli cauſſa in trocheo duplam rationem tempor ſpatiis in ſyllabis dimenſam animaduertimus. A longa ſiquidem ſyllaba, q diſemos eſt, id eſt, duorum temporum ad breuem, quæ monoſemos eſt, l eſt, vnius temporis per arſin & theſin delabimur.

CAP. XIIII. Omnia ſatis emendata: vix vnus aut alter locus, qui lucem ſideret. De elegiaci pedibus ſic ſcribit: *Habet quartum & quinctum aliquando chyſyllabam.* Rarum hoc quidem, ſed fieri poteſt: quia vltima verſus c munis ab omnibus cenſetur: quarti item pedis extrema communis poteſt, & quia pedis vltima eſt, & ob alias cauſſas, quas metrici genter collegerunt. De iambici pedibus, *recipit & alio loco dactylo & anapaſton* [ita legend. vid. vt primo quidem loco & aliis imparibus ſpond recipiat, vt metrici volunt, & præſertim ſi tragicus ſit, vt ſiat grauior, aut te dactylum, quod idem valeat atque ſpondeus aut anapæſtum; qui tamen micis aptior eſt. Hipponactei exemplum, *calentibuſque lympha fontibus.*] Si a verſui τὸ *ſemper* quod ſequitur proxime trimetros erit acatalectos Hipponact

O

Digitized by Google

qui & ſcazón, tum ſequetur *eoſdem pedes* &c. & ſenſus eodem modo conſtabit. Octonarii iambici & ſeptenarii exempla quidem congruentia, ſed hypercatalecticorum. [*Conſtat ex pedibus iiſdem Ionicus ſeptenarius.*] tetrametron brachycatalecton hoc vocatur à metricis & ſotadeum. In hoc mira licentia abuſi veteres, vt præter ditrocheos in quos legitimè ſoluitur Ionicus à maiori, diſſoluerent etiam Ionicos in dactylum aut anapæſtum aut pyrrichium, aut in ſex breues, id eſt, duos tribrachos, & propterea ex iiſdem pedibus quibus Iambicus verſus, aut trochaicus cõſtare dicitur: niſi malis *ex iiſdẽ* interpretari ex Ionicis pedibus, quod verum duntaxat, ſi purum ſit, quamquàm & dichoreos recipit in clauſula præſertim ex ſententia metricorum, vt cadat σεμνότερον, priorẽ tamen expoſitionẽ magis probo. [*Ariſtophanius anapæſtus.* Hic verſus anapæſticus tetrametros catalecticus vocatur, quo plurimum vſus Ariſtophanes, circuitus magis quàm verſus, hoc eſt, quod alii metrici dicunt, *rhythmus* potius quam *metrum*, quod ſcilicet maximè ſui ſimilis ſit, cum crebros habeat dactylos, raros ſpondeos, paulo poſt ſic interpungendum: *vndecim ſyllabarum Phalecius. Angelicus numeros & ſyllabam coarctat hexametro.* Diomedes lib. III. docet *Angelici* verſus poſterius comma præpoſita vna ſyllaba, & commate priore hexametri efficere hexametron. vt cùm Angelicus: *Incidi patulum in ſpecum procumbente Priapo*; ſic fiet heroicus: *Arma virumq́, cano, qui procumbente Priapo.* Non eodem modo fieri poterit ex Angelico, quem docet Victorinus: facit enim illum tetrametrum catalecticum ex meris trocheis, quem aptum feſtiuis narrationibus eſſe ait, aut dimetron trochaicum. In extremo hoc fragmento ſic legitur, *numerum Angelicum ſyllaba breviata monſtraui eſſe heroicum:*] innuit hunc locum, quamquam negat Carrio illa in V.C. legi. Exemplum tamen quod hoc loco affertur angelici, verſus eſt planè heroicus: *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas?* ex quibus nondum video hunc locum poſſe commode reſtitui. De Saturnio: *recipit pedem ſpondeum, iambum, pyrrichium, chorium.*] Apud Victorin. pro *chorium* legitur *pariambum*, male vt videtur. Nam pyrrichius, cuius facta iam mentio, pariambus alio nomine vocatur, vt docent metrici.

CAP. XV. *de numeris ſimplicibus*] ſimplices numero videtur index appellare, quos Græci καθαραμέτρα, id eſt, ex pedibus ſui generis, non ex alienis compoſitos: de quibus ita Diomedes lib. V. *Alienum autem pedem metra niſi recipiant, modus non facilè finitur ꝛ t rhythmus magis quàm metrum.* [*Olli craterib.*] *crateris* melius. vt conſtet verſus: vt ſic ſecundi Ordinis, quemadmodum placet Nonio de vaſis vinatiis. [*Bachius non facit numerum*] Hephaëſtio longè aliter palimbachium ait ineptum eſſe melopœiæ, bachium verò aptum. Nec mirum: nam proxime accedit ad clauſulam antiſpaſti, quæ aſperrima eſt, vt ait Hephaëſtio. [*Elegiacum tranſibit.*] Sic lego *in Elegiacum tranſibit, bella per Emathios, bella per Emathios.* Nam geminato hoc commate dactylico prorſus fit Elegiacus.

Digitized by Google

Adiiciam trinas &c. quid efficiat paulo poſt verbum *verto* non video. Græci periodicon hoc genus heroici nominant, vt legitur in ſcholiis Hephaeſtionis aut certe in ea epitoma, quæ illi acceſſit ad extremum. [*Ariſtophanius fit heroico.*] quî tamen fiat, deeſt. Hæc habui, quæ potui obſeruare in hoc centunculo, in quo vnus aut alter fortaſſis aſſutus pannus, qui ſplendeat.

FINIS.

Digitized by Google